antea in aqua solutis. Denuo filtra et colaturae adde

Acidi tannici 80,0

antea in aqua soluta. Praecipitatum inde exortum in filtro collige et, admixtis

Plumbi oxydati 50,0
Carbonis animalis 100,0,

exsicca, dein

Spiritus V. rectfss. q. s.

massam siccam exhauri. Liquor spirituosus calore balnei aquae ad siccum evaporetur, quod remanet

Chloroformii q. s.

resolvendo. Solutio chloroformica ad evaporationem spontaneam reponatur. Massa neutralis inde remanens, speciei resinosae, odoris proprii et magnae amaritiei servetur. *Ph. Gall.*

*Dosis:* 0,001—0,002—0,003 ter quaterve per diem unum. *Dosis maxima:* 0,0025, pro die 0,01!! *Dosis subcutanea:* siphunculus 1/3—1/2 liq. 0,05 : 10,0 aq.

## Duboisinum.

Alkaloïdes herbae Duboisiae myoporoidis (in Australia indigena), Hyosciamino plane aequalis est. Duboisinum et Hyoscyaminum perfecte congruunt (*Ladenburg*).

## Dulcamarinum.

Rp. Stipitum Dulcamarae recens siccatorum et minutim concisorum 1000,0
Spiritus V. rectfss. 6000,0.

Digere per 24 horas et ope preli exprime. Residuo affunde

Spiritus V. rectf. 3000,0

iterumque digere per 24 horas, tum exprime. Liquores sedimentando filtrandoque depurati destillent, donec Spiritus Vini elicitus fuerit. Fluidum aquosum remanens in patinam porcellaneam effunde et tamdiu calefac, interdum agitando, donec partes spirituosae plane avolaverint et pondus fluidi residui circiter Partes 30—40 exaequet, quibus perfecte refrigeratis admisce

Acidi tannici 5,0

vel q. s, antea in Aqua distillata solutum, quamdiu praecipitatum inde efficitur. Praecipitatum collectum et aqua frigida ablutum, adhuc humidum, commisceatur cum

Lithargyri praeparati 30,0
Carbonis puri veget. 10,0
Aquae destillatae 120,0.

Miscela digeratur per diem unum et saepius agitetur, tum calore balnei aquae ad siccum evaporetur. Residuo trito affunde

Spiritus V. rectfss. 100,0.

Digere et filtra. Extractio ope Spiritus hujus saepius repetatur, quamdiu aliquid solvitur. Tincturae mixtae, Spiritu maxima ex parte destillando elicito, leni calore ad siccum evaporentur et residuum conteratur. Effic. circiter 2,0. Sit pulvis ex albido flavescens, saporis amari.

## Elaeosaccharum.

Aetheroleosaccharum. Oleosaccharetum. *Oelzucker.*

Rp. Sacchari albissimi pulverati 2,0
Olei aetherei cujuslibet *Gutt.* 1.

Misceantur. *Ph. Germanica, Austriaca. Ph. Gall.* Ol. aeth. 1,0, Sacchari 20,0. *Ph. Suec., Neerland.* Ol. aeth. *P.* 1, Sacch. *P.* 50 vel *gutt.* 2: Sacch. 3,0. *Ph. Dan.* 1 : 49.

## Elaeosaccharum Crotonis Olei.

Rp. Olei Crotonis *Gutt.* 2
Elaeosacchari Cinnamomi 10,0.

M. exacte.

## Elaeosaccharum Flavedinis Citri.

Rp. Fructum Citri integrum recentem.

Atteratur ad Sacchari albi frustum idoneum, donec ejus superficies oleo aethereo satis imbuta fuerit, quae cultro abrasa in mortario lapideo tepefacto in pulverem aequabilem trita servetur in lagena obturata.

*Ph. Gall.* Fruct. Citri unus et Sacchari frustum ponderis 10,0.

Pari modo paretur

## Elaeosaccharum (Flavedinis) Aurantii.

## Elaeosaccharum Vanillae.

Saccharum Vanillae.

Rp. Vanillae minutim conc. 1,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0230-3 DFG

Sacchari lactis 2,5
Sacchari albi 7,5.

Optime contrita per cribrum trajiciantur et in lagena clausa serventur.

*Ph. Germanica:* Vanillae *P.* 1 et Sacchari optimi *P.* 9. Sit pulvis ex albo griseus.

## Elaterina.

Elaterinum. Momordicinum.

$C_{20}H_{28}O_5$—$C^{40}H^{28}O^{10}$=348.

Rp. Extracti Elaterii *P.* 10
Lithargyri praep. *P.* 1
Aquae destill. *P.* 30.

In lagenam immissae digerantur per diem unum et saepius agitentur. Tum loco frigido per aliquod tempus sepone. Sedimentum exortum in filtro collige, aqua frigida bene ablue et admixta Carbonis pulverati vegetabilis Parte una, calore balnei vaporis exsicca. Residuum pulveratum affundenda et digerendo ope Spiritus Vini alcoholisati et filtrando bene elixivetur. Tincturae obtentae commixtae, Spiritu Vini maxima ex parte destillando elicito, cum Aqua destillata commisceantur. Praecipitatum inde exortum aqua et dein Aethere puro abluatur et iterum calore adjuvante in Spiritus Vini alcoholisati justa quantitate solutum loco tepido seponatur, ut evaporatione spontanea in crystallula abeat. Sint crystallula peramara decoloria, in Spiritus Vini frigidi *P.* 5, ejusdem fervidi *P.* 2, non in aqua solubilia.

Drasticum et diureticum (in morbo Brightii), quod in pilulis detur. *Dosis:* 0,003—0,004—0,006! bis terve per diem unum, pro die 0,03!

## Elaterium (Anglicum).

Extractum Elaterii Anglicum. Elaterium album.

Sedimentum succi fructuum Momordicae Elaterii L. Fructus ante maturitatem collecti, in longitudinem dissecti leniter exprimantur et succus inde obtentus ac per cribrum setaceum fusus ad sedimentationem reponatur. Liquore claro decanthato, sedimentum in colatorio linteo colligatur et tegulis porosis impositum siccetur. Liquor decanthatus seponendo aliquantulum sedimenti amplius demittit, quod eodem modo colligatur ac siccetur.

Sit massa levis, e subviridi grisea, saporis acris atque amari, in fractura tenerius granulata, cum Acidis non effervescens, plerumque in placentis paulum curvatis, Ctm. duo crassis. Drasticum vehemens. *Dosis:* 0,005—0,01—0,015. *Dosis maxima* 0,1, pro die 0,3 (obstructio alvi, hydrops, apoplexia, mania). Personis infirmis ne detur.

### Elaterium nigrum.

Succus inspissatus fructuum ante maturitatem collectorum. Sit spissitudine extracti pultiformis, coloris fusci. *Dosis maxima* 0,1, pro die 0,3!!

## Elaylum chloratum.

Elayle chlorata. Chloruretum Elayli. Aethylenum chloratum. Oleum Chemicorum Hollandicorum. Liquor Hollandicus.
Aether anaestheticus Arani. *Dutch liquid.*

$CH_2Cl \cdot CH_2Cl$—$C^4H^4Cl^2$=99.

Rp. Acidi sulfurici conc. Angl. *P.* 12.
Caute admisce
Spiritus Vini rectfss. *P.* 3.

Miscelam hanc acidam immitte cum arenae elotae et siccatae ea quantitate, ut massa pultiformis exhibeatur, in cucurbitam vitream ad partem dimidiam replendam. Cucurbita in balneo arenae sit collocata et ope epistomii perforati tubo vitreo curvato ita instructa, ut hic tubus cucurbitam cum lagena, quae liquorem Kali caustici dilutum continet, conjungat. Haec lagena cum altera lagena Acidum sulfuricum concentratum continente eadem ratione sit conjuncta. Gas, quod evolvitur per liquores in illis lagenis perducatur, tum in

Liquoris Stibii chlorati concentrati *P.* 20

gasi Chlori introducto saturatas et inter operationem gase Chlori saturundas introducatur.

Excipulum, quod liquorem Stibii chlorati continet, iterum aequali modo cum lagena parva bitubulata, ut lege artis opereris, conjungere potes. Haecce lagena parva contineat parvam quantitatem

Liquoris Stibii chlorati

et sit instructa tubo vitreo aperto.

Itaque apparatus totus constat e

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0231-8 DFG

I. cucurbita cum mixtura e Spiritu et Acido sulfurico facta,
II. lagena cum liquore alkalino,
III. lagena cum Acido sulfurico,
IV. excipulo cum Liquore Stibii chlorati, in quem gas elaylicum et gas Chlori una inducuntur,
V. lagena ultima,
quae omnia vasa ratione apparatus Woulfiani conjuncta sunt. Optime operaberis, si vasa I, III, IV tubis securitatis muniveris.

Excipulum et lagenas lavatorias bene refrigeres.

Juncturis omnibus luto et vesica humectata bene clausis, calore sensim aucto primum gasis elaylici, paulo post gasis Chlori evolutio efficiatur, quamdiu gasa evoluta Liquore Stibii absorbentur. Cave ne Gas per juncturas perrumpat, neve admoveas flammam.

Liquor Stibii chlorati gasis illis plane saturatus tum destillationi e balneo vaporis subjiciatur, quamdiu fluidum aqua gravius prodit, quod eodem modo quo Chloroformium ab aqua, acido etc. adhaerente liberetur. Servetur in lagenis vitreis obturatis a luce remotis.

Sit liquor limpidus, coloris expers, odoris saporisque grati dulcioris, ab acido et aqua plane liber, calore 85° C. ebulliens. *P.* spec. =1,26–1,27.

*Usus:* uti Chloroformium.

Ne permutetur Aethylideno chlorato!

## Electuarium anthelminthicum
*(Ph. Bad.).*

Rp. Radicis Filicis maris
Radicis Valerianae
Florum Cinae
Kali sulfurici $\widehat{aa}$ 2,5
Aquae destill. 10,0
Mellis 20,0.

Misce pulveres cum aqua et postremo cum melle. Paretur, quoties usus poscit.

## Electuarium anthelminthicum
Hufelandi Ph. paup.

Rp. Radicis Valerianae 3,0
Radicis Jalapae 2,0
Florum Cinae 8,0
Kali tartarici 4,0.

Pulveratis commixtisque admisce
Oxymellis scillitici 12,0
Syrupi communis q. s. (20,0),
ut fiat electuarium.

## Electuarium anthelminthicum
Sellii.

Rp. Florum Cinae 7,5
Ferri sulfurici cryst.
Extracti Chinae $\widehat{aa}$ 2,0.

Pulveratis admisce
Syrupi Cinnamomi q. s.,
ut fiat electuarium. Ter de die cochlear thearium.

### Elect. anth. Rosensteinii.

Rp. Flor. Cinae pulv. 1,0
Ferri sulfurici 0,2
Tuber. Jalapae pulv. 1,2
Mellis despumati 2,5.

Misce. *Dosis* una, quae post dies duos, si opus fuerit, denuo adhibeatur. Infantibus dosis triens vel dimidia.

### Elect. anth. Störkii.
Elect. Seminis Cinae comp.

Rp. Florum Cinae *P.* 4
Radicis Valerianae
Radicis Jalapae $\widehat{aa}$ *P.* 1
Kali sulfurici *P.* 2.

Pulveratis admisce
Oxymellis scillitici *P.* 20.

Signa: ter de die cochlear thearium.

## Electuarium anticachecticum Wardii.
Confectio s. Electuarium Piperis.
*Wards Paste.*

Rp. Piperis nigri
Radicis Helenii $\widehat{aa}$ *P.* 1
Fructuum Foeniculi *P.* 3
Sacchari albi *P.* 2
Mellis depur. *P.* 20 vel q. s.

M. l. a. ut fiat electuarium.

Rp. Piperis nigri 10,0
Fructuum Carvi 15,0.

Subtillissime pulverata misce cum
Mellis depurati 75,0.

*Ph. Brit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0232-4 DFG

**Electuarium antifebrile.**

Electuarium febrifugum. *Fieberlatwerge.*

Rp. Corticis Chinae reg. 10,0
Conchinini tannici 5,0
Magnesiae subcarbonicae 0,5
Pulveris aromatici 3,0
Ammonii muriatici 1,0
Succi Sambuci insp. 15,0
Syrupi communis 40,0.

M. f. elect.

*Dosis:* quater vel quinquies per diem cochlear parvum vel thearium.

Elect. febrifugum infantum.

Rp. Conchinini tannici 5,0
Magnes. subcarbon. 0,5
Elaeosacch. Citri 2,0
Rad. Liquiritiae pulv. 1,0
— Rhei pulv. 2,0
Sacchari albi pulv. 15,0
Syrupi Sacchari 40,0.

M. *Dosis:* Infanti parvo cochlear parvum ter quaterve per diem, infanto majori cochlearia parva duo ter quaterve per diem (febris intermittens).

**Electuarium antinephriticum.**

Rp. Terebinthinae laricinae 5,0
Olei Amygdalar. 50,0
Calcariae carb. praec. 20,0
Succi Juniperi inspissati 120,0.

Misce exactissime. *Dosis:* quater et saepius per diem cochlear parvum (in nephritide chronica).

**Electuarium aperiens.**

Rp. Foliorum Sennae pulv. 5,0
Tartari depurati 2,5
Pulpae Tamarind. 10,0
Syrupi Mannae 20,0.

Terendo commisceantur. Aperitivum.

**Electuarium aromaticum elegans.**

s. stomachicum.

Rp. Pulveris aromatici
Rhizomatis Zingiberis
Herbae Salviae pulv.
Elaeosacch. Menth. pip.
Ossae Sepiae pp. $\widehat{aa}$ *P.*
Mellis depurati q. s.

M. f. electuarium. Tonicum, egersimon.

**Electuarium aromaticum**

Ph. Austriacae.

Rp. Fol. Menthae pip.
— Salviae $\widehat{aa}$ 10,0
Rad. Angelicae
— Zingiberis $\widehat{aa}$ 2,0
Cort. Cinnamomi
Caryophyllorum
Sem. Myristicae $\widehat{aa}$ 1,0.

In pulverem redactis admisce
Mellis depurati q. s.,
ut calore balnei aquae l. a. fiat electuarium. Tonicum, egersimon.

**Electuarium aromaticum Raleighi**

Confectio aromatica s. Raleighiana s. cardiaca *Ph. Lond.*

Rp. Cassiae cinnamom.
Nucum moschat. $\widehat{aa}$ 2,0
Caryophyllorum 1,0
Cardamomi 0,5
Croci 2,0
Cretae praep. 15,0
Sacchari 25,0.

Pulverata commisceantur cum
Aquae calidae q. s.,
ut fiat electuarium.

**Electuarium balsamicum Bodartii.**

Electuarium antigonorrhoicum. *Opiat balsamique de Bodart.*

Rp. Olei Amygdalarum
Cerae flavae $\widehat{aa}$ 30,0.

Calore balnei aquae colliquatis inter agitationem admisce mixturam, quae conterendo leni calore effecta est ex
Aluminis subt. pulv. 3,0
Cubebarum pulv. 10,0
Balsami Copaivae 70,0
Terebinthinae Venetae 10,0
Balsami Peruviani 5,0
Olei Anisi 2,0.

Tum agita, donec massa mixta refrige-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0233-0 DFG

rata sit. — *Dosis:* Quotidie ter quaterve quantitas ad modum nucis avellanae, in azymum involuta, porrigatur contra affectiones catarrhales blennorrhoicas membranarum mucosarum, praecipue contra catarrhum chronicum, cystitidem chronicam, leucorrhoeam.

Electuarium adstringens Vogtii.

Rp. Balsami Copaivae 15,0
Vitellum ovi unius
Cubebarum pulv. 15,0
Conservae Rosae 15,0.
Misce.

## Electuarium e Carne.

*Marmelade de viande.*
*Conserve de Damas.*

Rp. Carnis taurinae 100,0.
Concisa et contundendo in pultem teneram redacta misceantur cum
Salis culinaris 2,0
Tragacanthae pulv. 1,0
Aquae destill. fervid. 50,0.
Misce, ut fiat puls mollior.

## Electuarium Catechu (compositum).

Diascordium Fracastorii. Elect. Catechu *Ph. Neerl.* Elect. Japonicum.

Rp. Catechu pulv. 20,0
Cassiae cinnamom. pulv. 2,5
Nucis moschat. pulv. 2,0
Opii pulv. 0,5
Syrupi s. Mellis Rosae 75,0.
M. f. electuarium. *Ph. Belg.*

*Dos.:* 5,0—10,0—15,0 bis terve per diem (diarrhoea atonica).

*Ph. Neerl.* Catechu 21, Kino 16, Cinn. Cass., Nuc. mosch. ana 5, Opii 1. Pulverata misce c. Syrupi simpl. 144.

## Electuarium catholicum.

Electuarium Rhei compositum. Catholicum duplicatum cum Rheo.

Rp. Radicis Liquiritiae
Radicis Rhei
Foliorum Sennae aa 5,0
Sacchari albi 40,0
Seminum Foeniculi 2,5.
Subtilissime pulveratis admisce
Pulpae Tamarind. 10,0
Syrupi Sacchari q. s.,
ut fiat electuarium, quod calore balnei aquae calefactum, tum refrigeratum et agitatum asserves.

## Electuarium Copaïvae compositum.

Opiatum cum Copahu compositum. *Opiat de Copahu composé.*

Rp. Balsami Copaïvae 100,0
Cubebarum pulv. 150,0
Catechu pulv. 50,0
Olei Menth. pip. 3,0.
Balsamo cum Catechu bene mixto terendo addantur Cubebae et oleum aethereum, ut fiat electuarium. *Ph.Gall.*

## Electuarium Croci compositum.

*Electuaire de Safran composé. Confection d'Hyacinthe.*

Rp. Terrae sigillatae praep.
Lapidum Cancrorum praep. aa 8,0
Corticis Cinnamomi 3,0
Herbae Origani Cretici
Ligni Santali citrini
Ligni Santali rubri
Myrrhae aa 1,0.
Misceantur et in pulverem subtilissimum redigantur. Tum recipe
Mellis albi 24,0 (25,0)
Syrupi simplicis 48,0 (50,0).
Leni calore commixtis et paululum refrigeratis adde
Croci pulverati 1,0.
Macera per horas duodecim, tum admisce pulverem antea compositum.

*Ph. Gall.* Loco syrupi simplicis Syrupus Dianthi Caryophylli rubri petalorum adhibetur.

## Electuarium dentifricium.

Electuarium gingivale. *Zahnlatwerge.*

Rp. Lapidis Pumicis 10,0
Tartari depurati 20,0
Concharum 50,0
Myrrhae
Radicis Iridis Florent.
Aluminis usti
Coccionellae aa 5,0.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0234-6
DFG

Subtilissime pulverata commisce cum
Olei Caryophyllor. 0,5
Mellis despumati 100,0
Glycerinae q. s.
Fiat l. a. elect.

Elect. dentifricium *Ph. Gall.*
*Opiat dentifrice.*

Rp. Kali bitartarici
Sacchari lactis ãa 50,0
Carmini rubri 0,1
Olei Menth. pip. 0,25.
Conterendo in pulverem subtilissimum redacta commisce cum
Mellis albi 75,0
Glycerinae 25,0.
*Ph. Gall.*

### Electuarium dentifricium roborans.

Rp. Corticis Chinae fusci 25,0
Myrrhae 5,0
Sanguinis Draconis 2,5
Cassiae cinnamom. 2,0.
Subtilissime pulveratis admisce
Olei Citri cort.
Olei Cassiae cinnam.
Olei Caryophyllor. ãa *Gutt.* 5
Spiritus V. rectfss. 5,0
Mellis rosati 50,0
Glycerinae q. s.,
ut fiat electuarium. Mane utatur.

### Electuarium Diaphaenix.
Diaphaenix.

Rp. Amygdalarum dulc. degluptarum *P.* 112.
Ope Mucilaginis Gummi Arabici q. s. contundendo praeparatae commisceantur cum miscela pulverea parata e
Radicis Zingiberis
Piperis nigri
Cassiae cinnam.
Seminis Foeniculi
Macidis ãa *P.* 8
Radicis Jalapae *P.* 90
Scammonii *P.* 50
Sacchari *P.* 500 et
Mellis depurati *P.* 1000 vel q.s.,
ut fiat electuarium.
Purgativum. *Dosis:* 5,0—10,0—15,0.

### Electuarium Diascordium.

Electuarium Scordii. Elect. adstringens opiatum. Diascordium.

Rp. Radicis Tormentillae
Corticis Cassiae cinnamom.
Conchinini tannici
Florum Rosae
Boli Armenae ãa 20,0
Opii puri 2,0
Radicis Zingiberis
Catechu ãa 5,0.
Subtilissime pulveratis admisce
Mellis rosati q. s.,
ut massa electuarii tota exaequet Partes 400,0.
*Dosis:* in diarrhoeis catarrhalibus 4,0—6,0—10,0 ter quaterve per diem unum.

Rp. Herbae Scordii *P.* 60
Florum Rosae rubrae
Rhizomatis Bistortae
Radicis Gentianae
Radicis Tormentillae
Herbae Origani Cretici
Seminis Berberidis
Benzoës in lacrimis
Galbani
Gummi Arabici ãa *P.* 20
Rhizomatis Zingiberis
Piperis longi ãa *P.* 10
Corticis Cinnam. Ceyl. *P.* 40
Boli Armenae *P.* 80
Extracti Opii *P.* 10
Melliti rosati *P.* 1300
Vini Malacensis *P.* 200.
Mellito rosato ad *P.* 100 remanentes evaporando redacto et adhuc calido primo Extractum Opii in Vino solutum addatur, dein ceterae species subtilissime pulveratae sensim admisceantur. Grammata singula contineant Milligrammata 6 Extracti Opii. *Ph. Gall.*

### Electuarium contra haemoptoën.

Rp. Kali nitrici 10,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0235-2

Boli Armenae 2,5
Conservae Rosae 10,0
Syrupi simpl. q. s.
M. l. a., ut f. elect.

### Electuarium Hospitii Chelseani.

Electuarium antirheumaticum. *Chelsea pensioner's electuary.*

Rp. Resinae Guajaci 0,5
Radicis Rhei 1,0
Tartari depurati 3,0
Florum Sulfuris 6,0
Nucis moschat. 0,5
Mellis 50,0.
M. f. l. a. electuarium.

### Electuarium lenitivum Wintheri.

Rp. Syrupi mannati 100,0
Acidi citric. cryst. 2,0
Pulpae Tamarindorum 33,0
Foliorum Sennae pulv.
Tartari depur. aa 15,0.
M.

### Electuarium mundificans.

Elect. Sarsaparillae comp. Elect. mundificans Werlhofii. *Blutreinigende Latwerge.*

Rp. Radicis Sarsaparill. 30,0
Ligni Guajaci 10,0
Foliorum Sennae 5,0
Radicis Rhei 2,5
Corticis Sassafras
Seminis Anisi aa 1,25.
Pulverata misce cum
Mellis despumati 100,0.

### Electuarium mundificans Himlyi.

Rp. Radicis Imperatoriae
Ligni Guajaci
Foliorum Sennae aa 2,0
Baccarum Juniperi
Corticis Ligni Sassafras
Radicis Jalapae
Radicis Enulae aa 1,0
Seminis Anisi 0,5.
Pulverata commisce cum
Mellis depurati 36,0.
*Dosis:* Quotidie ter cochlear minus.

### Electuarium Myrrhae compositum.

Elect. odonticum roborans.

Rp. Myrrhae
Sanguinis Draconis
Catechu aa 3,5
Saponis Hispanici
Caryophyllorum
Mellis aa 10,0
Spiritus V. rectf. q. s.
M. f. l. a. electuarium.

### Electuarium Neapolitanum.

Rp. Calomelanos 5,0
Radicis Jalapae
Radicis Rhei
Foliorum Sennae aa 10,0
Scammonii 2,0
Resinae Guajaci
Radicis Sarsaparillae
Radicis Chinae aa 20,0
Mellis rosati q. s.
M., ut fiat electuarium. (Ex tempore.)

*Opiat de Guerrero.*

Rp. Radicis Sarsaparillae 25,0
Radicis Jalapae 12,5
Foliorum Sennae
Resinae Guajaci aa 6,0
Scammonii 9,0
Caryophyllorum 1,5
Mellis q. s.
M., ut fiat electuarium.

### Electuarium Opii.

Confectio Opii.

Rp. Pulveris aromatici *P.* 15
Mellis depurati *P.* 30
Opii pulverati *P.* 1.
Misce.

*Dosis:* 1,5—2,0—4,0. *Dos. maxima:* 5,0, pro die 20,0. (Diarrhoea.)

*Ph. Brit.* Pulv. Opii comp. 10,0, Syrupi Sacch. 30,0.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0236-8

**Electuarium Scammonii.**
Confectio Scammonii.

Rp. Scammonii 10,0
Olei Caryophyllorum 0,25
Radicis Zingiberis 5,0
Olei Carvi 0,5
Syrupi Sacchari 10,0
Mellis despumati 5,0.
M. f. electuarium. (*Ph. Brit.*)
*Dosis* drastica 0,6—1,0—2,0!!

**Electuarium e Senna**
s. lenitivium.
(Confectio Sennae.)

Rp. Foliorum Sennae 100,0.
Mixtis adde
Syrupi simplicis 400,0
Pulpae Tamarind. dep. 500,0.
Calore balnei vaporis fiat electuarium spissum, quod loco frigido et sicco servetur. *Ph. Germanica.*
*Dosis:* 3,0—6,0—10,0.

Rp. Pulpae Prunorum 200,0
— Tamarind. depurat.
Roob Sambuci aa 100,0
Fol. Sennae pulv.
Kalii hydrotartarici aa 50,0
Mellis depurati q. s.
Fiat calore balnei aquae electuarium. Loco frigido et sicco serva. *Ph. Austr.*
*Ph. Brit.* Fol. Senn. 7, Sem. Coriandri 3, Caricar., Pulp. Cass. ana 9, Prunorum 6, Extr. Liquirit. 1, Sacch. 30, Aquae 75.

**Electuarium e Senna**
ad usum mercatorium.

Rp. Fol. Sennae Alex. subt. pulv. 100,0
Pulpae Tamarind. 500,0
Glycerinae purae
Sacchari amylacei aa 100,0
Syrupi Sacchari q. s.
M. f. electuarium.

**Electuarium sinapinum.**
Mostardum. *Moutarde. Mostrich.*

Rp. Seminum Erucae *P.* 80
[1] Seminum Sinapis *P.* 100
Fructus Amomi *P.* 10
Cassiae cinnam. *P.* 2
Caryophyllorum *P.* 1
Salis culinaris *P.* 20
Sacchari albi *P.* 100.
Subtiliter pulveratis admisce
Farinae secalinae *P.* 60
Glycerinae *P.* 100
Aceti Vini q. s.,
ut fiat electuarium molle.

Rp. Seminum Erucae
[2] Seminum Sinapis
Sacchari albi
Farinae secalinae
Glycerinae aa *P.* 5
Salis culinaris *P.* 1
Aceti Vini q. s.
M. ut f. electuarium molle.

**Electuarium stomachicum** (Helvetii).
*Opiat aphrodisiaque.*

Rp. Tincturae Zingiberis *P.* 100
— Caryophyll. *P.* 40
— aromaticae *P.* 50
— Cinnamomi *P.* 60
Olei Citri *P.* 1
— Cinnamomi *P.* 3
Syrupi Sacchari *P.* 500.
Mixtae agitataeque leniore calore ad *P.* 500 remanentes evaporentur, quibus admisceantur
Extracti Cascarillae
— Cort. Aurantii aa *P.* 10
Electuarii Theriacae *P.* 100.
*Dosis:* Quotidie ter cochlear thearium.

**Electuarium Sulfuris.**
Confectio Sulfuris *Ph. Brit.*

Rp. Sulfuris sublimati 40,0
Kali bitartarici 10,0
Syrupi Cort. Aurantii 40,0
Tragacanthae pulv. 0,4.
M. *Dosis:* 3,0—6,0—9,0 bis per diem (leniens haemorrhoïdariorum).

**Electuarium Tamarindorum**
Fulleri.

Rp. Pulpae Tamarindorum

Sacchari pulv. aa P. 15
Foliorum Sennae pulv. P. 5
Tartari depurati P. 1
Mannae P. 25
Aquae fervidae P. 50.

Manna in aqua solvatur et liquor coletur, tum ceterae partes admisceantur, ut calore leni electuarium fiat.

## Electuarium Terebinthinae.

Confectio Terebinthinae *Ph. Brit.*

Rp. Olei Terebinthinae P. 10
Radicis Liquirit. pulv. P. 12
Mellis despumati P. 24.

M. f. elect. *(Ph. Brit.)*

*Dosis:* 3,0—4,0—8,0 bis terve de die (cystitis, hydrops, haemoptoë, gonorrhoea).

## Electuarium Theriaca.

Theriacum. Elect. anodynum. Elect. aromaticum c. Opio. Elect. opiatum.

Rp. Opii puri P. 1
Radicis Angelicae P. 5
— Serpentar. Virg. P. 4
— Valerianae
— Scillae
— Zedoariae. aa P. 2
Cassiae cinnam. P. 10
Cardamomi minoris
Myrrhae
Ferri sulfurici cryst.
Caryophyllorum aa P. 1.

Subtiliter pulveratae misce cum
Glycerinae P. 20
Syrupi Sacchari
Mellis depurati aa P. 25.

*Nota.* Partes 100 continent P. 1 Opii. Theriaca, *Treacle, (Ph. Brit.)* ab Anglis Syrupus communis nominatur. Theriaca Anglorum cum Electuario Theriaca ne commutetur.

## Electuarium Tronchini.

*Marmelade de Tronchin.*

Rp. Mannae electae
Syrupi Violarum
Olei Amygdal. dulc. aa P. 30
Pulpae Cassiae P. 8
Aquae Naphae P. 5.

M. l. a. Quaque hora cochlear minus contra affectiones catharrhales.

## Electuarium Zanetti.

*Marmelade de Zanetti.*

Rp. Mannae canellat. 12,5
Syrupi Althaeae 10,0
Pulpae Cassiae 6,0
Olei Amygdalar. 6,0
Butyri Cacao 3,0
Stibii sulfurati rubei 0,05
Aquae Flor. Aurant. 3,0.

M., ut fiat elect. Anticatarrhale.

## Elixir Acidi salicylici.

*Salicylelixir.*

Rp. Acidi salicylici 10,0
Kalii citrici 20,0
Glycerinae purae 40,0
Olei Aurantii corticis 0,3
Spiritus Vini
Aquae destillatae aa 15,0.

Macerando agitandoque solutio efficiatur, tum filtretur. Partes decem contineant partem unam Acidi salicylici.

## Elixir acidum.

Elixir acidum Halleri. Elixir acidum Dippelii. Acidum Halleri. Aqua Rabelii. Mixtura sulfurica acida. Acidum sulfuricum alcoholisatum. Sulfas aethylicus acidus cum Alcohole *Ph. Neerl.* Liquor acidus Halleri. *Haller'sches Sauer.*

Rp. Spiritus Vini rectfss. P. 3.
Paullatim instilla
Acidi sulfurici rectf. P. 1.

Serva in vase epistomio vitreo munito. Pond. spec. 0,998—1002.

*Dosis:* 0,2—0,5—1,0 cum aq. saccharat.

*Ph. Gall.* praecipit, ut ad 100,0 mixturae 1,0 florum vel petalorum Rhoeados addatur, per dies quatuor maceretur, tum filtretur.

## Elixir acidum rubrum.

Tinctura antiscorbutica rubra.

Rp. Spiritus Vini rectfss. P. 60
Acidi sulfurici rectf. P. 15
Coccionellarum pulv. P. 1.

Misce, digere et filtra.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0238-0

**Elixir adjuvans.**

*Kraftelixir.*

Rp. Corticis Aurantii 50,0
Corticis Pruni Virginianae (Cerasi serotinae) 100,0
Radicis Liquiritiae 200,0
Fructus Coriandri
Fructus Carvi ãã 25,0
Spiritus Vini 1500,0
Aquae destillatae 1000,0
Syrupi Sacchari 2000,0.

Digere et colaturam exprimendo collectam filtra. *Nat. Form.*

**Elixir ad longam Vitam.**

Tinctura Aloës composita. Elixir amarum Hjaeneri. Elixir sacrum. Elixir Suecicum. Elixir Jernitzii. Guttae Jenenses.

Rp. Aloës *P.* 5
Myrrhae
Radicis Rhei
— Gentianae
Rhizomatis Zedoariae
— Galangae
Boleti Laricis
Croci ãã *P.* 1
Electuarii Theriacae *P.* 2
Sacchari albi *P.* 20.

Concisis et contusis affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 100
Aquae destill. *P.* 50.

Digere etc. *Dos.:* Cochlear thearium dimidium vel unum pl. p. d.

Tinctura Aloës composita *Ph. Germanicae.*
Loco Elixirii ad longam vitam.

Rp. Aloës *P.* 9
Radicis Gentianae
Radicis Rhei
Rhizomatis Zedoariae
Croci
Fungi Laricis ãã *P.* 1
Spiritus Vini rectf. *P.* 200.

Digerendo fiat tinctura.

*Ph. Gall.* Receptum idem, nisi quod Aloës *P.* 8 et Spiritus (60%) *P.* 400 sumendae sint.

*Elixir Audin-Rouvière* paretur solvendo Extracti Absinthii 1,0 in Aquae 10,0, quae solutio cum Elixirii ad longam vitam 30,0 commisceatur, tum filtretur.

**Elixir aloëtico-febrifugum Recamieri.**

Rp. Aloës
Myrrhae grosse pulv. ãã 1,0
Aquae destillatae
Spiritus V. rectf. ãã 45,0.

Digere per diem unum, tum filtra. Tincturae limpidae adde
Chinini sulfurici 3,0
Acidi sulfurici diluti 2,0
Tincturae Opii crocatae 1,0
et misce.

**Elixir amarum.**

*Bitterelixir.*

Rp. Extracti Absinthii 10,0
Elaeosacch. Menth. pip. 5,0.

Solve in
Aquae destill. 20,0
Glycerinae 5,0.

Tum admisce
Tinct. aromaticae
Tinct. amarae ãã 5,0.

Sit liquor paulum turbidus. Stomachicum. *Dosis:* Gutt. 30—60.

**Elixir Americanum.**

*Elixir américain de Courcelles.*

Rp. Radicis Helenii *P.* 80
Foliorum Aurant. *P.* 40
Florum Sambuci *P.* 30
Florum Tiliae *P.* 20
Baccarum Juniperi
Herbae Rorismarini
Opii ãã *P.* 15
Radicis Asari *P.* 10
Spiritus V. rectfss. *P.* 1200
Aquae *P.* 600.

Maceratione f. l. a. elixirium. *Dos.:* cochlear parvum ter quaterve per diem (diarrhoea, spasma).

**Elixir ammoniato-opiatum.**

Pp. Elixirii e Succo Liquiritiae 100,0
Tincturae Opii crocatae 2,5.

M. Gramma unum mixtionis continet solubile ex Opii Grm. 0,0025.
*Dos.:* 3,0—6,0—10,0 bis terve per diem (tussis convulsiva, hypochondriaca, spastica).

**Elixir Ammonii bromati.**
Elixir Ammonii Bromidi.

Rp. Ammonii bromati 25,0
Acidi citrici 1,5
Elixiris adjuvantis 225,0.

Macerando agitandoque solutio efficiatur. *Nat. Form.*

**Elixir antapoplecticum Jacobinorum.**

Rp. Tincturae amarae
— aromaticae aa *P.* 500
— Angelicae
— Aloës aa *P.* 20
Succi Liquiritiae
Aquae Rosae aa *P.* 10
— Cinnamomi *P.* 200
Olei bacc. Juniperi
— Anisi aa *P.* 2.

Misce, sepone, filtra.

**Elixir antarthriticum.**

Pp. Extracti Trifolii 5,0.
Solutis in
Aquae destill. 5,0
addantur
Tincturae amarae 30,0
Elixiris acidi Halleri
Aquae destill. aa 5,0
antea commixta.

*Dosis:* Guttae 30—60 saepius per diem unum.

**Elixir antarthriticum Caraïbaeorum.**
*Ratafia des Caraïbes.* Tinctura Emerigonis.

Rp. Spiritus Sacchari Indici *P.* 15
Tincturae Guajaci ligni *P.* 1.
M.

**Elixir antarthriticum Herlikoferi.**

Rp. Tincturae Colchici seminis
Spiritus Vini rectif. aa 10,0.

M. *Dosis:* Guttae 15—25—35 ter quaterve per diem unum.

**Elixir antasthmaticum Aaskowii.**
Essentia s. Tinctura Digitalis composita s. rubra. *Aaskov's Draaber.*

Rp. Foliorum Digitalis *P.* 5
Radicis Liquiritiae *P.* 10
Ligni Santali rubri *P.* 1
Spiritus V. rectf.
Aquae Foeniculi aa *P.* 25.

Digere et filtra. *Dosis:* Guttae 15—20—25 ter quaterve per diem unum.
*Ph. Dan.* Fol. Digit. 2, Rd. Liquir. 4, Ligni Sant. rubr. 1, Sp. V. rectf., Aq. Foenic. aa 10.

**Elixir antasthmaticum Aubréei.**

Rp. Radicis Senegae 10,0
Aquae destill. 350,0.

Ebulliant per aliquot momenta horae. In colaturae 300,0 solvantur
Kalii jodati 30,0
Extracti Opii 1,5.
Tum admisce
Syrupi Sacchari 500,0
Spiritus V. rectf. 150,0
Tincturae Coccionellae q. s.,
ut mixtura colorem e rubro violaceum induat. Mixtura dividatur in sex partes aequales. Pars una cedatur.
*Dosis:* Primo cochlear dimidium, postea cochlear unum ter per diem cum massae cacaotinae aliquantulo sumatur.

**Elixir antasthmaticum Boerhavii.**

Rp. Radicis Enulae
— Calami aa 10,0
— Irid. Florent. 3,0
— Asari 2,0
Seminis Anisi vulg. 3,0
Succi Liquiritiae 8,0
Camphorae 0,3
Spiritus Vini rectf. 300,0.

Macera per hebdomadem unam, saepius agita et exprimendo cola. Colatura filtretur.

**Elixir antasthmaticum Lemorti.**

Rp. Tincturae Opii benzoicae 80,0
Kali carbonici 2,5

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0240-8 DFG

Succi Liquirit. dep. 5,0
Syrupi simplicis 10,0.
Misce, agita, filtra.

**Elixir anticatarrhale Hufelandi.**

Rp. Extracti Cardui bened. 6,0
Extracti Dulcamarae 2,0.
Solve in
Aquae Foeniculi 50,0
Aquae Amygdal. amar. conc. 6,0.
M. D. S. Quater quoque die guttae 60.

**Elixir antiscrophulosum.**

Tinctura Gentianae ammoniacalis.

Rp. Extracti Gentianae 5,0
Ammonii carbonici triti 1,0
Spiritus V. rectf. 100,0
Aquae 25,0.
Macera per diem unum, saepius agita et filtra. *Dosis:* 4,0—5,0.

**Elixir antiscrophulosum Perylhei.**

Tinctura Gentianae alkalina *Ph. Gall.*

Paretur eodem modo quo Elixir antecedens, nisi quod loco Ammonii carbonici Natrum carbonicum crystallisatum sumatur. *Dos.:* Cochlear parvum unum vel duo ter per diem.

*Ph. Gall.* Rd. Gentian. pulv. 10,0, Natri carbonici 3,0, Spiritus v. (60%) 300,0. Macera, exprime et filtra.

**Elixir aperitivum** Clauderi.

Rp. Aloës
Myrrhae āā 10,0
Croci 5,0
Kali carbonici 20,0.
Incisa et pulverata digerantur per aliquot dies in
Aquae Sambuci 150,0
Spiritus V. rectfss. 20,0.
Tum sepone loco frigido et filtra. *Dos.:* 2,0—4,0—6,0 bis terve per diem.

**Elixir aperitivum**

Ph. paup. (s. Hufelandi).

Rp. Aloës
Myrrhae pulveratae
Resinae Guajaci āā 5,0.
Grosso modo pulveratis adde
Radicis Rhei conc. 5,0
Croci conc. 2,5
Kali carbonici
Ammonii muriatici āā 10,0
Spiritus Cochleariae 60,0
Aquae destill. 180,0.
Macera per aliquot dies, saepius agita, tum cola.

**Elixir aromaticum.**

Alkermes liquidum Italorum.
Elixir kermesinum.

Rp. Cassiae cinnamomeae 10,0
[1] Macidis 5,0
Caryophyllorum aromat. 2,5
Seminis Myristicae 1,5.
Contusa superfundantur
Spiritus Vini rectfss. 1500,0
Aquae communis 2000,0.
Digere per aliquot dies, tum destillando elice 2000,0, quibus admisce
Aquae Rosae 1000,0
Syrupi Sacchari 1500,0
Tincturae Coccionell. 50,0.

Elixir aromatic. (Americanum).

Rp. Spiritus aromatici (Ameri-
[2] cani) 10,0
Syrupi Sacchari 15,0
Glycerinae purae
Aquae destillatae āā 7,5.
Misce et filtra, si mixtio turbida est.

**Elixir Aurantii**

*Ph. U. St.*

Elixir simplex. *Simple Elixir.*

Rp. Olei Aurant. cort. 1,0
Sacchari albi 100,0
Spiritus V. rectfss. 66,0
Aquae destill. 133,0.
Misce et solve l. a. Saccharum cum Aqua dest. coquendo in syrupum traducatur. Mixturae pondus grammata trecenta expleat.

**Elixir Aurantii compositum.**

Vinum Aurantiorum compositum. Vinum amarum. Elixir stomachicum. Elixir viscerale Hoffmanni.

Rp. Flavedinis Cort. Aurant. 50,0



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0241-4

Cassiae cinnam. 10,0
Kali carbonici 2,5
Vini Hispanici 250,0.

Mixtas macera per 8 dies. In colaturae expressae 230,0 solve

Extracti Gentianae
— Absinthii
— Trifolii fibr.
— Cascarill. aa 5,0,

dein sepone et filtra. *Ph. Germanica.*

## Elixir Aurantii venale.

Elixir viscerale (s. temperatum s. balsamicum) Hoffmanni. Elixir stomachicum Viennense. *Vin amer alcoolisé.*

Rp. Tincturae Aurantii pomorum immaturorum
Tincturae Cinnamom. aa 10,0
Spiritus aetherei 5,0
Spiritus V. rectf. 80,0
Aquae Cinnam. vinosae 40,0
Olei Citri cort.
Olei Aurant. cort. aa 0,4.

Mixtis adde miscelam paratam e

Kali carbonici 2,5
Extracti Absinthii
Extracti Trifolii aa 5,0
Aquae destill. 30,0.

Macera, saepius agita, tum filtra.

## Elixir balsamicum Werlhofii.

Pp. Corticis Chinae fusci
Corticis Aurantii aa 50,0
Myrrhae 10,0
Croci 5,0
Kali carbonici 15,0
Vini Hispanici 600,0.

Macera per aliquot dies. In colatura solve

Extracti Gentianae
— Cardui ben. aa 10,0.

Post sedimentationem filtra.

## Elixir Bismuthi.

Rp. Bismutho-Ammonii citrici 20,0.

Solve in

Aquae destillatae fervidae 40,0.

Tum sepone loco frigido per horam unam, deinde liquorem limpidum decantha et sedimento sensim immisce

Liquoris Ammonii caustici (10 %) q. s.,

donec solutio effecta fuerit. Hanc solutionem commisce cum liquore decanthato, tum adde

Elixiris aromatici (Americani) q. s.,

ut mixturae totae pondus 600,0 g expleat. Partes tricenae contineant partem unam salis Bismuthi compositi.

## Elixir carminativum Dalbyi.

Rp. Tincturae Opii simpl. 20,0
— Asae foet. 10,0
— Castor. Canad. 30,0
Olei Carvi 5,0
Olei Menth. pip. 10,0
Magnesiae ustae 5,0
Spiritus Vini rectfss. 100,0
Syrupi Sacchari 150,0.

Misce, sepone, decantha.

Mixtura carminativa.
*Dalby's Carminative* (Americ.).

Fp. Olei Menthae piperitae
— Foeniculi
— Carvi aa 0,2
Magnesii subcarbonici 25,0
Kalii carbonici 1,5
Syrupi Sacchari 100,0.

Conterendo mixtis adde

Aquae destillatae 364,0
Tincturae Opii simplicis 12,5.

Mixturae grammata dena (10) contineant 0,025 g Opii. Haec mixtura tantummodo ad usum paretur.

## Elixir Cascarae Sagradae.

Rp. Extracti Cascarae Sagradae fluidi 20,0.

Solve in

Syrupi Sacchari 15,0
Aquae Cinnamomi 5,0
Spiritus Vini 2,5
Tinct. Aurant. cort. 5,0.

*Dosis:* 1,0—2,5—5,0 bis terve per diem (obstructio alvi habitualis).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0242-0 DFG

**Elixir catharticum compositum.**

Rp. Extracti fluidi Sennae 60,0
Extracti fluidi Podophylli 30,0
Extracti fluidi Leptandrae
Extracti fluidi Jalapae āā 20,0
Tartari natronati 60,0
Natri bicarbonici 7,5
Elixiris Taraxaci compositi 125,0
Elixiris Glycyrrhizae 180,0.

Misce fortiter agitando. *Dosis:* pro adulto 6,0—8,0 g. *Nat. Form.*

**Elixir Chinae bismutho-ferratum.**

Elixir Cinchonae, Ferri et Bismuthi. *Elixir of Calisaya, Iron and Bismuth.*

Rp. Bismutho-Ammonii citrici 15,0.
Solve in
Aquae dest. fervidae 30,0,
tum admisce
Elixiris Chinae ferrati 955,0.

Post aliquot dies per filtrum funde.

**Elixir Chinae bismutho-ferratum cum Strychnino.**

Elixir Cinchonae, Ferri, Bismuthi et Strychninae.

Rp. Bismutho-Ammonii citrici 15,0
Strychnini sulfurici 0,15.
Solve in
Aquae dest. fervidae 30,0,
tum adde
Elixiris Chinae ferrati 955,0.

Rp. Strychnini sulfurici 0,015.
Solve agitando in
Elixiris Chinae bismutho-ferrati 100,0.

Grammata decem contineant 0,0015 g Strychni sulfurici. *Nat. Form.*

**Elixir Chinae detannatum.**

Elixir Cinchonae detonnatum. *Detannated Elixir of Calisaya.*

Rp. Tincturae Chinae detannatae 10,0
Spiritus aromatici Americani 8,0
Syrupi Sacchari 22,0.

Misce. *Nat. Form.*

**Elixir Chinae ferrato-pepsinatum.**

*Elixir of Calisaya, Iron and Pepsin.*

Rp. Pepsini concentrati 10,0
Acidi hydrochlorici (25 %) 15,0
Glycerinae optimae
Syrupi Sacchari
Aquae destillatae āā 60,0
Elixiris Chinae ferrati 800,0.

Mixta sepone interdum agitando per dies tres, tum per chartam bibulam filtra. *Nat. Form.*

**Elixir Chinae ferratum.**

Elixir Cinchonae et Ferri. *Elixir of Calisaya and Iron. Ferrated Elixir of Calisaya.*

Rp. Ferri pyrophosphorici oxydati 15,0
Ammonii citrici 10,0
Glycerinae dilutae 30,0
Elixiris Chinae detannati 450,0.

Sepone per quinque dies, saepius agitando, tum cola. *Nat. Form.*

**Elixir Chinae ferratum cum Strychnino.**

*Elixir of Calisaya, Iron and Strychnine.*

Rp. Strychnini sulfurici 0,15.
Solve in
Elixiris Chinae ferrati 1000,0.

Grammata decem contineant 0,0015 g Strychnini sulfurici. *Nat. Form.*

**Elixir Chinini compositum.**

Elixir Quininae compositum. *Compound Elixir of Quinine.*

Rp. Chinini sulfurici
Conchinini sulfurici āā 1,0.
Solve agitando in
Elix. aromatici Americ. 500,0.

**Elixir Chinini ferratum.**

Elixir Quininae et Phosphatum compositum *Nat. Form.*

Rp. Chinini sulfurici 2,5

Ferri phosphorici oxydati 10,0
Kalii citrici 11,0
Syrupi Sacchari
Glycerinae aa 25,0
Acidi citrici 1,5
Elix. aromatici Americ. 525,0.

Solve et misce.

## Elixir Chloroformii compositum.

Rp. Chloroformii
Tincturae Opii
Spiritus camphorati
— Ammonii aromatici
— Vini aa 20,0
Olei Cassiae cinnamomeae 0,5.

Misce. *Nat. Form.*

## Elixir Cocae.

Elixir Foliorum Erythroxyli Cocae *Lamarkii.*

Rp. Foliorum Cocae conc. *P.* 12
Spiritus Vini rectf. *P.* 70.

Digere per diem unum et exprimendo cola. Residuo ex expressione affunde
Aquae communis *P.* 30.

Coctione peracta, cola exprimendo. In colatura solve
Sacchari albi *P.* 30,

tum tincturam antea obtentam commisce cum hoc syrupo. Partes 10 elixiris continent solubile e *P.* 1 Foliorum Cocae.

## Elixir Coffeïni.

Elixir Coffeïnae.

Rp. Coffeïni 10,0
Acidi hydrobromici diluti (1/10) 2,5
Syrupi Coffeae 150,0
Elix. aromatici Americ. 440,0.

Misce et solve. Partes sexagenae contineant partem unam Coffeïni.

## Elixir Curassao.

*Curaçao Cordial.*
Curaçao. Rataffia Curassao Hollandica.

Rp. Radicis Iridis Florentinae
[1] pulveratae 2,0
Acidi citrici 3,3
Spiritus Curassao 10,0
Spiritus Vini (94 %) 125,0
Syrupi Sacchari 250,0
Aquae destillatae 210,0.

Mixta sepone per aliquot dies, interdum agitando, tum filtra.

Rp. Tincturae Aurantii corticis
[2] Tincturae Aurantii promorum immaturorum aa 100,0
Olei Aurantii corticis 2,5
Olei Aurantii florum 1,0
Spiritus Vini
Aquae destillatae
Syrupi Sacchari aa 1000,0.

Misce, sepone etc.

## Elixir dentifricium.

Rp. Olei Cinnam. Caylan. 1,0
— Anisi stellati
— Caryophyll. aa 2,0
— Menthae pip.
Tinct. Benzoës aa 8,0
— Coccionell. 20,0
— Guajaci ligni
— Pyrethri aa 8,0
Spiritus Vini (80 %) 1000,0.

Mixta post aliquot tempus filtrentur. *Ph. Gall.*

## Elixir dentifricium Heideri.

Rp. Spiritus Melissae 50,0
Tincturae Myrrhae
Tincturae Chinae aa 1,0
Olei Menth. pip. 0,16.

Misce.

## Elixir Eriodictyi aromaticum.

*Aromatic Elixir of Yerba Santa.*
Elixir corrigens.

Rp. Extracti fluidi foliorum Eriodictyi Californici 60,0
Elixiris Taraxaci compositi 440,0
Magnesiae carbonicae 10,0
Syrupi Sacchari 500,0.

Misce, sepone per aliquot dies, interdum agitando, tum decantha.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0244-2

**Elixir Erythroxyli.**
Elixir Cocae. *Cocaelixir.*
Rp. Extracti fluidi Erythroxyli
Cocae foliorum 120,0
Tincturae Vanillae 20,0
Elix. aromatici Americ. 680,0
Spiritus Vini 60,0
Syrupi Sacchari 120,0.
Misce, sepone, interdum agitando, tum filtra.

**Elixir Erythroxyli guaranatum.**
*Elixir of Coca and Guarana.*
Rp. Extracti fluidi Erythroxyli
Extracti fluidi Guaranae $\widehat{aa}$ 100,0
Elixiris Taraxaci compositi 600,0.
Misce. *Nat. Form.*

**Elixir Eucalypti.**
Rp. Extracti fluidi Eucalypti globosi foliorum
Spiritus Vini $\widehat{aa}$ 50,0
Elixiris Taraxaci compositi
Syrupi Coffeae $\widehat{aa}$ 100,0.
Misce.

**Elixir Evonymi.**
Elixir Euonymi. *Elixir of Wahoo.*
Rp. Extracti fluidi Evonymi corticis 80,0
Syrupi Coffeae 70,0
Elixiris Taraxaci compositi 350,0.
Misce. *Nat. Form.*

**Elixir Ferri lactici.**
*Elixir of Lactate of Iron.*
Rp. Ferri lactici triti 7,5
Kalii citrici 15,0.
Solve in
Elix. aromatici Americ. 480,0.

**Elixir Ferri phosphorici.**
Elixir Phosphatis ferrici.
Rp. Ferri phosphorici oxydati 15,0
Aquae fervidae 50,0.
Solutione peracta admisce
Elix. aromatici Americ. 440,0.

**Elixir foetidum Fuldii.**
Tinctura Castorei Thebaica.
Rp. Castorei 20,0
Asae foetid. 10,0
Liquoris Ammonii caustici
Opii pulv. $\widehat{aa}$ 5,0
Spiritus V. rectf. 150,0.
Digere et filtra.

**Elixir Frangulae.**
*Elixir of Buckthorn.*
Rp. Extracti Frangulae liquidi 120,0
Spiritus Vini 30,0
Elixiris Taraxaci compositi 120,0
Elix. aromatici Americ. 230,0.
Misce.

**Elixir Gari.**
Liquor Gari. *Elixir de Garus.*
Rp. Spiritus Gari 45,0
Syrupi Flor. Aurant. 50,0
Tincturae Croci 2,5
Tincturae Vanillae *Gutt.* 5.
Misce.

**Elixir Gentianae.**
Rp. Extracti Gentianae 5,0
Spiritus aromatici Americani 10,0
Tincturae Vanillae 8,0
Syrupi Sacchari 30,0
Elix. aromatici Americ. 447,0.
Misce.

**Elixir Gentianae ferratum.**
*Ferrated Elixir of Gentiam.*
Rp. Ferri phosphorici oxydati 8,0.
Solve in
Aquae fervidae 22,0.
Tum adde
Elixiris Gentianae 470,0.

**Elixir Glycyrrhizae.**
Elixir Liquiritiae (Americanum).
Rp. Succi Liquiritiae depurati 30,0
Solve in mixtura parata e
Liquoris Ammonii caustici 2,0
Aquae destillatae calidae 20,0.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0245-8

Tum admisce
Elix. aromatici Americ. 450,0.
Ammonii odor ne praevaleat.

**Elixir Glycyrrhizae aromaticum.**

Elixir Liquiritiae aromaticum.

Rp. Extracti fluidi Liquiritiae 60,0
Olei Caryophyllorum 0,4
Olei Cinnamomi Caylanici 0,4
Olei Myristicae volatilis 0,3
Olei Foeniculi 0,8
Elix. aromatici Americ. 440,0.

Misce conquassando, sepone per aliquot dies interdum agitando, tum filtra.

**Elixir Goddardi.**

Elixir Valerianatis ammonici.

Rp. Acidi valerianici 3,0
Aquae destill. 40,0
Ammonii carbonici
quantum ad neutralisationem acidi sufficit. Tum addantur
Spiritus Vini rectfss. 35,0
Syrupi Sacchari 50,0
Olei Amygdalar. amar. aeth. *Gutt.* 1
Olei Aurantii cort. *Gutt.* 2.
Aquae Cerasorum 30,0
Tinct. Ligni Santali rubri 12,0
— Aurantii cort. 3,0
— Sacchari adusti 2,0.

Sepone ad sedimentationem et filtra.

**Elixir Grindeliae.**

Rp. Extracti fluidi Grindeliae 30,0
Spiritus aromatici Americani 60,0
Elixiris Taraxaci compositi 410,0.

Misce.

**Elixir Guaranae.**

Rp. Pastae Guaranae pulveratae 120,0
Magnesiae ustae levis 15,0
Olei Cinnamomi *Gutt.* 6
Syrupi Sacchari 75,0
Spiritus Vini q. s.,

ut colaturae modo deturbatorio collectae pondus grammata 500,0 expleat. Syrupus et Oleum liquori ex percolatorio defluenti addantur. Pastae pulveratae ante actum deturbatorium arenae albae 250,0 addenda sunt. (Stimulans, adstringens). *Dos.:* 2,0—3,0—5,0 (hemicrania, diarrhoea, dysenteria).

**Elixir contra haemorrhagiam postpueralem Godefroyi.**

Rp. Extracti Secalis cornuti 4,0
Syrupi Cort. Aurant. 25,0
Aquae Melissae
Spiritus Melissae āā 100,0.

M. Detur quaque hora cochlear.

**Elixir haemorrhoidale**

Daubitzii.

Rp. Elixiris ad long. Vitam 50,0
Tincturae aromaticae 5,0
Tincturae Frangulae cort. 10,0
Spiritus Aetheris acet. 1,0
Aquae Anisi 60,0
Syrupi Sacchari 30,0.

M., sepone per aliquot dies et filtra.

**Elixir herbarum**

Lampei.

*(Boonecamp of Maagbitter.)*

Rp. Pomorum Aurant. immat. 30,0
Rhizomatis Calami 10,0
Radicis Gentianae
Corticis Cascarillae āā 8,0
Rhizomatis Curcumae 4,0
Radicis Rhei 2,0
Olei Anisi stell. 1,0
Spiritis Vini rectfss. 200,0
Aquae communis 330,0
Sacchari albi 100,0
Tincturae Sacch. tosti q. s.

Digere per tres dies vase clauso, saepius agita, tum exprime et filtra. Sit coloris e flavo fusci.

**Elixir Humuli**

Elixir Lupuli strobilorum. *Hopfenelixir.* *Elixir of Hops.*

Rp. Extracti fluidi Lupuli strobilorum 60,0
Magnesiae subcarbonicae 7,5.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0246-4

Mixtis adde
Tincturae Vanillae 15,0
Elix. aromatici Americ. 365,0
Elixiris Taraxaci compositi 60,0.
Sepone per tres dies, interdum agitando, tum filtra. *Nat. Form.*

## Elixir Hypophosphitum.

*Elixir of Hypophosphites Nat. Form.*

Rp. Calcii hypophosphorosi 25,0
Kalii hypophosphorosi
Natrii hypophosphoros. aa 10,0
Acidi citrici 2,5.
Solve leni calore in
Aquae destillatae 100,0
Glycerinae 30,0.
Tum admisce
Spiritus Cardamomi compositi 20,0
Elix. aromatici Americ. 313,0.
Mixtionem filtra, si turbida est.

## Elixir Hypophosphitum ferratum.

*Elixir of Hypophosphites with Iron.*

Rp. Calcii hypophosphorosi 15,0
Natrii hypophosphorosi 10,0
Kalii hypophosphorosi 5,0
Ferri sulfurici crystallisati 7,5
Acidi citrici 2,5.
Solve in
Aquae destillatae
Syrupi Sacchari aa 150,0.
Tum admisce
Elix. aromatici Americ. 262,0.
Grammata centena 2,5g Calcii hypophosphorosi contineant. Post aliquot dies liquor agitatus filtretur.

## Elixir Jaborandi.

Elixir Pilocarpi.

Rp. Extracti fluidi Jaborandi 40,0
Tincturae Vanillae 20,0
Syrupi Coffeae 120,0
Elixiris Taraxaci compositi 420,0.
Misce, sepone per duos dies, tum filtra.

## Elixir jalapinum citronatum.

*Citronensäftchen* Alsaticorum.

Rp. Resinae Jalapae 10,0.
Solve digerendo
Spiritus Vini rectfss. 150,0
Aquae destill. 60,0.
Liquori admisce
Syrupi communis Indici 80,0
Olei Citri *Gutt.* 12.
*Dosis:* pro adulto Gm. 15,0, continentia 0,5 Resinae Jalapae.

## Elixir Kalii bromati.

Elixir Potassii Bromidi.

Rp. Kalii bromati 100,0
Acidi citrici 2,5
Elixiris adjuvantis 500,0.
Solve et misce. *Nat. Form.*

## Elixir Lithii bromati.

*Elixir of Bromide of Lithium.*

Rp. Lithii bromati 40,0
Acidi citrici 2,0
Elixiris adjuvantis 458,0.
Misce, solve et filtra. *Nat. Form.*

## Elixir Lithii citrici.

*Elixir of Citrate of Lithium.*

Rp. Lithii citrici 40,0
Elixiris adjuvantis 460,0.
Solve et filtra. *Nat. Form.*

## Elixir Lithii salicylici.

*Elixir of Silicylate of Lithium.*

Rp. Lithii salicylici 40,0
Elixiris adjuvantis 460,0.
Solve et filtra. *Nat. Form.*

## Elixir Malti ferrati.

*Eisenmalzelixir.*

Rp. Extracti Malti liq. 120,0
Ferri phosphorici 7,5.
Solve calore leni in
Aquae destillatae 15,0.
Tum admisce
Elix. aromatici Americ. 360,0.
Post aliquot dies filtra. Centena grammata contineant 1,5g Ferri phosphorici.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0247-0

**Elixir miraculosum.**
*Elixir merveilleux.*

Rp. Radicis Gentianae
Radicis Helenii
Fructus Anisi
Fructus Coriandri
Fructus Petroselini
Corticis Aurantii fruct.
Extracti Taraxaci $\widehat{aa}$ 10,0
Mannae optimae 80,0.

Concisa et contusa superfundantur
Aquae fervidae 450,0
Spiritus Vini rectfss. 800,0.
Digere et filtra.

**Elixir Natrii bromati.**
Elixir Sodii Bromidi.

Paretur aequali modo quo Elixir Kalii bromati e Natrio bromato.

**Elixir Natrii hypophosphorosi.**
Elixir Sodii Hypophosphitis.

Rp. Natrii hypophosphorosi 20,0
Acidi citrici 2,5
Elix. aromatici Americ. 578,0.
Misce et solve.

**Elixir Natrii salicylici.**
Elixir Sodii Salicylatis.

Rp. Natrii salicylici 50,0.
Solve inter agitationem in
Elix. aromatici Americ. 550,0.

**Elixir pectorale Ph. paup.**
s. Hufelandi.

Rp. Croci 3,75
Benzoës
Myrrhae
Gummi-resin. Ammoniaci
Fructus Anisi
Succi Liquir. dep. $\widehat{aa}$ 5,0
Radicis Helenii
Rhizomatis Iridis Florentin.
Bulbi Scillae $\widehat{aa}$ 10,0
Spiritus Vini rectf. 120,0.

Macera per hebdomadem unam, saepius agitando, tum filtra. Sit limpidum.

**Elixir pectorale Wedelii.**
Tinctura pectoralis Wedel.

Rp. Bulbi Scillae
Radicis Enulae
Succi Liquiritiae $\widehat{aa}$ 10,0
Fructus Anisi
Benzoës
Gummi-resin. Ammoniaci
Myrrhae $\widehat{aa}$ 5,0
Croci 2,5.

Contusa et concisa digere per aliquot dies in
Spiritus V. rectf. 200,0,
saepius agita, denique filtra.

**Elixir Pepsini.**

Rp. Pepsini concentrati 10,0
Acidi hydrochlorici (25 %) 6,0
Glycerinae 75,0
Elixiris Taraxaci compositi 40,0
Spiritus Vini 120,0
Sacchari albi 200,0
Aquae destillatae 250,0.

Mixta sepone per aliquot dies, interdum agitando, tum filtra. *Dosis:* 8—12 *g. (Nat. Formul.)*

*Ph. Gall.* Pepsini offic. 50,0 aut Pepsini concentrati 20,0, Aq. dest. 450,0, Spiritus Vini (80 %) 150,0, Syrupi Sacchari 400,0, Ol. Menth. pip. vel Olei aromatici q. s.

**Elixir Pepsini compositum.**

Rp. Vini Pepsini 50,0
Syrupi cort. Aurant. 50,0
Tincturae Rhei vinos. 10,0
Tincturae aromaticae 3,0
Tincturae amarae 5,0
Vini Hispanici 50,0.

Misce. Ante et post coenam cochlear unum. Eupepsiam maturans.

**Elixir Pepsini ferratum.**

Rp. Ferri sesquichlorati crystallisati 5,0
Natri citrici 10,0
Elixiris Pepsini 485,0.

Solve et misce. *(Nat. Formul.)*

**Elixir Phosphori.**

Rp. Spiritus phosphorati concentrati 10,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0248-5 DFG

Olei Anisi stell. 0,1
Elixiris aromatici Americ.
Glycerinae aa 30,0.
Misce. *Dosis:* 1,0—1,5—2,0.

## Elixir Picis compositum.

*Compound Elixir of Tar.*

Rp. Syrupi Pruni Virginianae (serotinae)
Syrupi Balsami Tolutani aa 100,0
Morphini sulfurici 0,16
Alcoholis methylici 25,0
Vini Picis liquidae 325,0.

Mixta per diem unum sepone, tum filtra. *Dos.:* 3,0—4,0—6,0 quater quinquies per diem (dyspepsia, catarrhus bronchialis, phthisis). *Nat. Form.*

## Elixir polychrestum Hallense.

Rp. Extracti Rhei comp. *P.* 1.
Solve in
Mixturae simplicis *P.* 6.

## Elixir Proprietatis.

Tinctura Aloës cum Myrrha. Tinctura aloëtica. Elixir Proprietatis dulce s. sine Acido. Elixir aperitivum.

Rp. Tincturae Aloës
— Myrrhae aa 40,0
— Croci 20,0.

Misceantur, quoties usus poscit. (Purgans, stomachicum, emmenagogum). *Dos.:* 2,0—4,0.

*Ph. U. St.* Tinct. Aloës et Myrrhae parat. ex Aloës et Myrrh. ana 10,0, Spir. V. rectfss. q. s., ut 100,0 expl.

## Elixir Proprietatis Paracelsi.

Elixir Proprietatis cum Acido. Tinctura aloëtica acida.

Rp. Elixirii Proprietatis 10,0
Acidi sulfurici diluti 0,8.

Misceantur ex tempore.

*Ph. Germanica.* Aloës, Myrrh. aa 2, Croci 1. Spirit. V. rectfss. 24, Acidi sulf. diluti 2. Macera p. 8 dies, tum filtra. Stomachicum, purgans, emmenagogum. *Dos.* 2,0—4,0 bis terve per diem.

## Elixir Proprietatis cum Rheo.

Tinctura aloëtica rhabarbarina.

Rp. Elixiris Proprietatis 15,0
Tincturae Rhei vinos. 5,0.

Misc. Stomachicum, emmenagogum. *Dosis:* 2,5—5,0 bis terve de die.

## Elixir purgativum Daffyi.

Rp. Foliorum Sennae
Tuberis Jalapae aa *P.* 20
Corticis Frangulae *P.* 30
Seminis Coriandri
Seminis Carvi
Seminis Anisi
Radicis Liquirit. aa *P.* 10
Radicis Galangae *P.* 5
Sacchari albi *P.* 30
Spiritus V. rectfss. *P.* 300
Aquae commun. *P.* 100.

Digere et filtra. *Dos.:* Cochlear. 1—2.

## Elixir purgativum Radcliffei.

Rp. Aloës *P.* 20
Radicis Rhei *P.* 10
Cassiae cinnamomeae
Radicis Zingiberis
Radicis Zedoariae aa *P.* 5
Coccionellarum *P.* 3
Syrupi Spinae cervinae *P.* 100
Spiritus Vini rectfss.
Aquae communis aa *P.* 150.

Macera per aliquot dies et filtra.

## Elixir Raulini.

*Elixir de Raulin.*

Rp. Elixiris Aurantii comp.
Tincturae Rhei aquosae
Elixiris longae Vitae aa *P.*

Misce et filtra.

## Elixir Rhamni Prushianae.

Elixir Cascarae Sagradae.

Rp. Extracti fluidi Rhamni Prushianae
Elixiris Glycyrrhizae aa 150,0

Elixiris Taraxaci compositi 300,0.
Misce. *Nat. Form.*

**Elixir Rhamni Prushianae compositum.**

Elixir Cascarae Sagradae compositum. Elixir laxativum. Elixir purgans. *Laxative Elixir.*

Rp. Extracti fluidi Rhamni Prushianae 75,0
Extracti fluidi Sennae 45,0
Extracti fluidi Juglandis cinereae corticis radicis 40,0
Extracti fluidi Liquiritiae
Tincturae Cardamomi compositae aa 20,0
Spiritus aromatici Americani 75,0
Syrupi Sacchari 225,0
Aquae destillatae 100,0.
Misce. *Dosis:* pro adulto 4,0—8,0 g.

**Elixir Rhei.**

Rp. Tincturae Rhei vinosae 300,0
Glycerinae
Syrupi Sacchari aa 80,0
Spiritus Vini 40,0
Aquae Cinnamomi 100,0.
Misce.

**Elixir Saccharinae.**

Rp. Saccharinae 50,0
Natrii bicarbonici 25,0
Spirit. Vini rectf. 200,0
Aquae destill. 725,0.
Misce et solve.
*Dosis:* 1,0—2,0—3,0.

**Elixir Stillingiae compositum.**

Rp. Extracti fluidi Stillingiae compositi 100,0
Elix. aromatici Americ. 300,0.
Misce. *Nat. Form.*

**Elixir Stoughtoni.**

Tinctura Absinthii composita *Ph. Gall.* Elixir stomachicum Stoughtoni. *Stoughton's Magenelixir. Menschenfreund.*

Rp. Herbae Absinthii
Corticis Aurantiorum
Radicis Gentianae aa *P.* 25
— Rhei *P.* 10
Corticis Cascarillae
Aloës aa *P.* 5
Spiritus V. rect. *P.* 500
Aquae q. s.,
ut fiant post macerationem colaturae filtratae *P.* 1000.

*Stoughton's*
***Magenelexir***
*genannt*
*„MENSCHENFREUND"*
*einzig und allein nach der Originalvorschrift des Erfinders († 1646) fabrizirt.*

*Unter allen Kompositionen zur Stärkung des Magens, zur Beförderung und Wiederherstellung der Verdauung hat sich das Magenelexir des Professors Stoughton aus Leyden einen so grossen und wohlverdienten Ruf erworben, dass man demselben den Namen „Menschenfreund" beilegte und ihm vor allen sogenannten Magenbittern den Vorzug gab. Es hat sich als probat bewährt gegen viele, selbst hartnäckige Leiden, welche von Schwächen des Magens und der Verdauungsorgane herrühren, zur Stärkung des Magens, zur Beförderung und Wiederherstellung des Appetits, zur Vertilgung von Würmern, gegen manche Arten von Hämorrhoiden, sowie zur Reinigung des Blutes, Absonderung des Schleimes, Stärkung des Unterleibes und somit zur Hebung vieler aus Schwäche des Unterleibes entstehenden Krankheiten und zur Beförderung eines sanften und regelmässigen Stuhlgangs. Als Schutzmittel gegen klimatische Veränderungen darf dies Elixir auch allen Seereisenden, besonders den Auswanderern, empfohlen werden, sowie auch gegen ansteckende Krankheiten, und hat sich als solches ganz vorzüglich gegen die Cholerine und in der Zeit der Cholera häufig bewährt.*

*Das Stoughtonsche Magenelexir wird in obengenannten Fällen am wirksamsten angewandt, wenn man täglich drei- oder viermal ein bis zwei Esslöffel davon ohne alle Beimischung nimmt, Morgens nüchtern, ein oder zwei Stunden vor dem Mittagessen und gleich vor dem Schlafengehen. Man muss aber bei diesem Gebrauche sich selbst beobachten, um die Dosis zu verstärken oder zu verringern*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0250-4 DFG

*Giesst man einige Tropfen von diesem Elexir in Wein, Rum, Cognac, Branntwein, so macht man diese Spirituosen zum angenehmsten und stärksten Liqueur und ist für diejenigen, welche des Morgens oder vor dem Schlafengehen einen Liqueur zu trinken gewöhnt sind, als Gesundheitsliqueur ganz besonders zu empfehlen.* (Errata varia!)

### Elixir Strychnini valerianici.

Rp. Strychnini valerianici 0,12
Acidi acetici 0,5
Tincturae Vanillae
Tincturae Persionis compositae $\widehat{aa}$ 10,0
Elix. aromatici Americ. 580,0.

Misce et solve.

### Elixir e Succo Liquiritiae.

Elixir pectorale. Elixir pectorale Reg. Daniae. Elixir Ringelmannii.

Rp. Succi Liquirit. depur. *P.* 2.
Solve in
Aquae Foeniculi *P.* 6.
Tum admisce
Liquoris Ammonii anisati *P.* 2.

Elixir sit turbidum. Bene agitatum dispensetur. *Ph. Germanica.*

### Elixir Taraxaci compositum.

Rp. Corticis Pruni Virginianae
— fructus Citri $\widehat{aa}$ 40,0
— Cinnamomi
Cardamomi minoris $\widehat{aa}$ 10,0
Caryophyllorum 5,0
Fructus Carvi 15,0
Radicis Liquiritiae 120,0
— Serpentariae 10,0.
Contusis concisis adde
Extracti Taraxaci 30,0.
Tum affunde
Spiritus Vini 250,0
Syrupi Sacchari 1000,0
Aquae destillatae 300,0.

Digere per dies duos, tum exprimendo cola. Colatura per aliquot dies seposita filtretur. *Nat. Form.*

### Elixir Turnerae.

*Elixir of Damiana.*

Rp. Extracti fluidi Turnerae microphyllae foliorum 100,0
Magnesiae subcarbonicae 20,0
Spiritus Vini 160,0
Glycerinae 40,0
Elix. aromatici Americ. 340,0.

Mixta macera, saepius agitando, tum filtra. *Nat. Form.*

### Elixir uterinum Crollii.

Tinctura uterina *Croll.*

Rp. Castorei Canadensis 60,0
Extr. Artemisiae 30,0
Croci 15,0
Kalii carbonici 3,5
Olei Angelicae
— Carvi
— Anisi ana 2,0
Spiritus V. rectf. 725,0.

Macera per dies octo, tum exprimendo cola et post dies duos filtra.

### Elixir Viburni Opuli compositum.

Rp. Extracti fluidi Viburni Opuli corticis 40,0
Extracti fluidi Trillii rhizomatis 80,0
Extracti fluidi Aletridis (farinosae) 40,0
Elixiris Taraxaci compositi 352,0.

Misce.

### Elixir Viburni prunifolii.

*Elixir of Black Haw.*

Rp. Extracti fluidi Viburni prunifolii corticis 60,0
Tincturae Cardamomi compositae 30,0
Elix. aromatici Americ. 390,0.

Misce.

### Elixir viscerale

Kleinii.

Rp. Tincturae Aurant. cort. 20,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0251-0 DFG

[1] Liquoris Kali acetici
Syrupi Sacchari $\widehat{aa}$ 10,0.
Mixtis adde liquorem paratum ex
Extracti Cardui bened. 5,0
— Centaurei minoris
— Cascarillae $\widehat{aa}$ 2,0
— Myrrhae 1,0
Aquae destillatae
Vini Hispanici $\widehat{aa}$ 60,0.
Sepone per aliquot horas et filtra.

Rp. Corticis Fruct. Aurant. expul-
[2] pati *P.* 8
Myrrhae pulv. *P.* 1
Vini Xerensis *P.* 80
Extracti Cardui bened. *P.* 3
— Cascarillae *P.* 1
Kali acetici *P.* 2.
Paretur e cortice Aurantii conciso, Myrrha et Vino l. a. tinctura, in aqua solvantur extracta et Kali aceticum. Postquam subsederint, filtra. *Schachtii suppl. Ph. Bor.*

### Elixir viscerale
Ph. paup.

Rp. Extracti Absinthii
— Gentianae
— Centaurei minoris
— Trifolii
Tincturae aromat. $\widehat{aa}$ 10,0
Aquae aromat. 160,0
Aquae destill. 20,0.
M. et solve.

### Elixir viscerale
Rosensteinii.

Rp. Tincturae cort. Aurantii 10,0
Tincturae Rhei aquos. 30,0
Liquoris Kali acetici 10,0
Aquae Chamomillae
Vini Gallici $\widehat{aa}$ 60,0
Extracti Gentianae 5,0.
Misce, solve, filtra.

### Elixir Vitae
Matthioli.

Rp. Aquae aromaticae
Aquae Cinnamomi vinosae $\widehat{aa}$ 50,0
Elaeosacchari Macidis
— Foeniculi
— Anisi stellati
— Menth. pip. $\widehat{aa}$ 3,0
Tincturae Cinnamomi
— aromaticae $\widehat{aa}$ 10,0.
Misce, solve, filtra.

### Elixir Zinci valerianici.

Rp. Zinci valerianici 10,0
Liquoris Ammonii citrici fortioris 60,0
Spiritus Vini 75,0
Olei Amygdalarum amararum aeth. *Guttas* 2
Tincturae Persionis compositae 10,0
Elix. aromatici Americ. 445,0.
Misce, saepius agitando, tum filtra.

# Emaculatio.

Praecepta emaculandi.

I.

Maculae rubrae rubidaeque in telis nigris, fuscis, violaceis, purpureis et similiter coloratis ab acidis oriuntur. Maculae hujuscemodi ope alkali (Liquoris Ammonii caustici) delentur.

*Nota:* Colores Indigo et Coerulei Berolinensis acidis plerumque non mutantur.

II.

Colores flavi et citrini ex acidis pallent. Maculae hoc modo ortae ope alkalium dilutorum (Liquoris Ammonii caust. diluti) delentur.

*Nota:* Color Orleanae acidis in pigmentum aurantiacum mutatur.

III.

Alkalia pigmentum Ligni Campechiani et Brasiliani, atque pigmentum coccineum (*Scharlach*) in violaceum, pigmentum viride in flavum, flavum in fuscum, Orleanae pigmentum autem in puniceum (*hochroth*) mutant.

Maculae alkalinae acidis volatilibus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0252-6 DFG

(Aceto destillato, Acido hydrochlorico valde diluto) delentur.

IV.

Sudor plerumque uti alkalia, interdum etiam uti acida, colores mutat. Saepius maculae a sudore profectae solutione aquosa Stanni chlorati dilutiore optime exstinguuntur.

V.

Maculae ab urina profectae vel Aceto destillato, vel Succo Citri, vel Acido tartarico soluto, vel Spiritu Vini rectificato delentur.

VI.

Maculae a succo fructuum, vino rubro etc. profectae in telis linteis albis, primum solutione Acidi tartarici concentrata humectentur, tum liquore Kali (vel Natri) hypochlorosi *(Eau de Javelle)* superfundantur. Si vis, maculam Natro subsulfuroso soluto humecta, tum Acidum tartaricum pulveratum infricando tracta. Hae maculae in telis coloratis ope Liquoris Ammonii caustici valde diluti interdum exstinguuntur.

Maculae e succo putaminum viridium nucum Juglandium effectae tractentur primum solutione Vitrioli Martis, tum Oxalio, denique Calcaria hypochlorosa humificata.

VII.

Maculae tannomelanicae (*Loheflecke*), e tannino doliorum e ligno quercino confectorum exortae, in linteo maceratione in Acido tartarico soluto (1 Acid., 20 Aq.) delentur. Singulae maculae illo liquore acido saepius humectatae radiis solis opponendae sunt.

VIII.

Maculae e fuligine exortae *(Russflecke)* in linteo Acido tartarico, soluto in Spiritu Vini rectificato, delentur.

IX.

Maculae ferrugineae *(Rost- und Eisenflecke)* in telis albis Oxalio aut Acido hydrochlorico diluto, optime vero solutione Stanni chlorati delentur. Oxalium efficacius est, si telam madidam laminae stanneae calefactae intendis et Oxalio pulverato fricas. Item macula Oxalio pulverato conspersa et madefacta, si pars affecta fricatur et premitur ferro polito (velut clave) vel inspergitur stanno pulvereo, facilius deletur. Tela Stanno chlorato tractata statim in aqua eluatur, ne dilaceretur.

Linteum maculis ferrugineis copiosis inspersum hoc modo tractatur: Solve Acidi oxalici *P.* 10 in Aquae pluvialis *P.* 100 ad 150. Admixtis Acidi hydrochlorici puri *P.* 10, immitte Stanni granulati s. limati circiter *P.* 6 et conquassa. Huic liquori linteum per horae partem octavam immerge, tum aquae magna copia elue.

Acido citrico soluto vel succo Citri illae maculae etiam saepe delendae sunt.

Maculae ejus generis vetustissimae, si hoc modo non tolluntur, solutione Kalii vel Ammonii hydrosulfurati humectentur et post horam dimidiam Acido hydrochlorico diluto eluantur, quae operationes repetantur. Si ne tum quidem tolluntur, macera telam linteam in Aquae partibus 500, quae Kalii ferrocyanati flavi partes 5, et Acidi sulfurici conc. partem unam continent. Tela elota tum in Liquore Kali caustici fortius diluto maceretur denique aqua eluatur.

Maculae e Nigramento gallaceo ope Oxalii delentur. Maculae e Nigramento alizarinico (Indicum continente) in charta primum Aqua Chlori, tum Acido hydrochlorico puro diluto, in linteo autem primum Calcaria hypochlorosa humectata et deinde Acido hydrochlorico valde diluto tractandae sunt.

Maculae e Mangani salibus exortae Acido hydrochlorico diluto delentur.

### *Sel essentiel de citron*

ad delendas maculas ferrugineas.

Rp. Tartari depurati 10,0
Oxalii 20,0.

M. f. pulvis. Hic pulvis saepe Oleo Citri odorifer factus est. Loco Tartari Acidum citricum sumere potes.

### *Encrivore*

ad delendas maculas e nigramento in charta.

Rp. Acidi oxalici *P.* 3. Solve in Aquae destillatae *P.* 15 et Spiritus Vini rectf. *P.* 10.

X.

Maculae ex oleis, cibo pinguiore et pigmentis oleosis in telis laneis ope chartae bibulae Oleo Terebinthinae vel Benzina imbutae fricando, aut Bolo alba (Argilla), atque Magnesia carbo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0253-2 DFG

nica tractantur. Maculae vel e pinguedine solida vel vetustae addendo Oleum Ricini et calefaciendo antea molliendae sunt.

Maculae oleosae vel pingues in telis bombycinis et teneris ope Benzinae vel Boli albae leni calore tolluntur.

Texta tenera, praecipue bombycina, unguinosis paullum imbuta plerumque liquore aquoso e Cortice Quillajae infusione parato facilius mundare potes.

*Nota.* Magnesia benzinata vel Bolus alba v. Magnesia alba mixta cum Aquae quantitate sufficiente in pultem molliorem redacta super maculas extendatur; tum seponendo (loco tepido) exsiccata auferatur ope scopulae setosae. Idem, si opus est, repetatur.

Altera ratio maculas pingues ex telis bombycinis delendi est haec: Maculam margine lato e solutione Gummi Arabici (10 Aq., 1 Gummi) ope penicilli circumscribe. Margine gummoso exsiccato, maculam ope spongiae Aethere puro vel Benzina imbutae absterge.

XI.

Maculae e substantiis variis, partim unguinosis, partim resinosis (velut Pice, Axungia curruli, Cereamento) optime ope Globulorum emaculatoriorum vel Aquae Coloniensis vel infuso aquoso Corticis Quillajae eluendo auferuntur. Ceterum maculam vitello ovi oblinas, eoque siccato, aquae luas. Haec opera saepius repetatur.

Mixtiones sequentes ad auferendas maculas hujusmodi commendandae sunt:

Rp. Olei Terebinthinae rectf.
[1] Aetheris (vel Aetheris Petrolei) $\widehat{aa}$ *P.*
M.

Pp. Olei Terebinthinae
[2] Aetheris
Spiritus V. alcohol.
Liquoris Ammonii caustici spirit. $\widehat{aa}$ *P.*
M.

Aqua emaculatoria.
*Fleckwasser.*

Rp. Benzinae 100,0
Spiritus Vini absoluti 25,0
Aetheris 10,0
Liquoris Ammonii caust. spirituosi 5,0.
Misce. Sine lumine adhibeatur!

Aqua emaculatoria Broenneri.
*Mineralgeist. Brönner's Fleckwasser.*

Rp. Benzinae optimae q. v.
Detur ad lagenam.

*Gebrauchs-Anweisung.*

*Man kann damit die am häufigsten vorkommenden Flecken leicht ausmachen, nämlich die von* ***fetten Speisen, Oel, Butter, Talg, Stearin, Wachs, Siegellack, Harz, Theer, Pech, Wagenschmiere, Oelfarbe, Pomade, Schmutz des Kopfes oder der Hände*** *etc. Die Flecken mögen nun in Möbel- oder Kleiderstoffen, seidenen Bändern, Sammet, Handschuhen etc. oder auf Tapeten, Kupferstichen, Zeichnungen, Büchern, den werthvollsten Papieren überhaupt, oder auf polirten Möbeln, Kämmen, Leder etc. vorkommen.*

*Bei polirten Möbeln angewendet, stellt es den früheren alten Glanz wieder her.*

*Ausserdem besitzt dies Wasser die Eigenschaft, dass es Insekten, wie z. B. Wanzen, Motten, Flöhe, Schwaben etc., durch Bestreichen der betreffenden Gegenstände, tödtet.*

*Man legt das befleckte Zeug auf eine saubere Unterlage von mehrfach zusammengelegtem Fliesspapier oder Leinen, befeuchtet den Fleck mit Fleckwasser und wischt ihn mit einem sauberen Läppchen bis zum Trockenwerden ab, wobei die Befeuchtung des Fleckens und die Erneuerung des Läppchens so lange wiederholt wird, bis ein frisches Läppchen keinen Schmutz mehr annimmt. Um Schmutzränder zu vermeiden, wischt man von der Mitte des Fleckens nach allen Seiten hinaus. Je mehr man die Unterlage wechselt, desto mehr nimmt sie den aufgelösten Schmutz an. Bei Gegenständen, die man ohne Unterlage entfleckt, z. B. bei Teppichen von Spieltischen, Billards, bei Zeugen von Sesseln, Divans etc. muss man öfter frische Putzläppchen nehmen.*

*Die damit gereinigten polirten Möbel sind, um Glanz zu bekommen, bis zur Trockene abzureiben.*

*Um schmutzige* ***Glacé-Handschuhe*** *(weisse sowohl als farbige und selbst dänische) zu reinigen, legt man ein oder*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0254-8 DFG

*mehrere Paare in eine Obertasse oder in ein Kümpchen und giesst so viel Fleckwasser darüber, dass sie damit bedeckt sind; drückt nun die Handschuhe im Fleckwasser öfter zusammen, nimmt einen heraus, drückt ihn aus, legt ihn auf Fliesspapier oder ein sauberes Handtuch und wischt ihn mit einem andern Handtuch oder sauberen Lappen ab, wobei aber der Handschuh auch anders gefaltet werden muss, damit der an den Umrissen befindliche Schmutz ebenfalls weggewischt werden kann. Wenn der Handschuh so viel als möglich trocken gewischt ist, hängt man ihn zum völligen Austrocknen zehn Minuten an die Luft oder an einen warmen Ort. Nachdem man mit den übrigen Handschuhen ebenso verfahren, hebt man das gebrauchte Fleckwasser für eine neue Reinigung auf, behandelt darin beschmutzte Handschuhe ebenso und drückt sie alsdann in frischem Fleckwasser nochmals aus, wenn die Handschuhe in dem gebrauchten Fleckwasser nicht ganz sauber werden sollten.*

*Kleine Gegenstände, wie Bänder und dergleichen, reinigt man am besten auf dieselbe Weise durch Eintauchen in Fleckwasser.*

*Das Fleckwasser ist wohl verkorkt aufzubewahren, und, weil leicht entzündlich, von brennendem Licht fern zu halten!*

### Magnesia benzinata.

*Benzolmagnesia.*

Rp. Magnesiae ustae q. v.
Benzinae optimae q. s.

M., ut fiat massa pultiformis mollior, quae in ollis vitreis optime obturatis servetur.

Massa super maculas extendatur et post diem unum auferatur.

XII.

Maculae e situ *(Stock- und Moderflecke)* in linteo et tela alba vel Calcaria hypochlorosa soluta filtrata (1 et 100 Aq.) vel solutione Stanni chlorati diluta auferuntur. Saepius praestat, telam in lacte ebutyrato et peracescente macerare et postea saponis ope eluere. Maculae hujus modi in tela sericea et in cottoneo dispuncto *(Piqué)* optime Liquore Ammonii caustico diluto delentur. Maculae e situ in charta Calcaria hypochlorosa soluta filtrata, dein Acido tartarico soluto vel Acido hydrochlorico valde diluto, postremo aqua eluendae sunt.

XIII.

Maculae e Cera et Acido stearinico ope Spiritus Vini alcoholisati aut Chloroformii aut Benzinae tolluntur. Confer X.

XIV.

Maculae ab A r g e n t o soluto profectae delentur solutione Kalii cyanati, Ferri sesquichlorati, aut fricando pulte e Calcaria hypochlorosa parata et tum eluendo ope Liquoris Ammonii caustici, aut solutionis aquosae Salis Alembrothi.

Maculae ab Argento soluto facillime hac ratione delentur: Recipe Kalii cyanati *P.* 10. Solve in Aquae destillatae *P.* 120. Ante operationem, quae loco umbroso efficienda est, liquoris hujus guttas 8 commisce cum Tincturae Jodi gutta 1. Nonnullis guttis mixturae macula humectata fricatur, tum aqua pura eluitur. C a v e n e m a n u s v u l n e r a t a e s i n t.

Macula ab Argento soluto, vel in telis vel in cute, humectetur Ferro sesquichlorato soluto, et horae circiter parte decima praeterlapsa primum aqua pura, dein Acido oxalico soluto abluatur.

Liquor venalis ad maculas argenteas extinguendas constat ex

Ammonii muriatici 2,0
Liquoris Ammonii caust. 10,0
Tincturae Jodi 1,0.

XV.

Maculae p i g m e n t i s a n i l i n e i s effectae primum liquore Ammonii caust., dein liquore Natri caustici dilutiore, tum post elotionem ope Acidi oxalici vel citrici delentur.

### Globuli emaculatorii.

*Fleckkugeln.*

Rp. Saponis optimi sebacini *P.* 15.
Solve digerendo in
Spiritus V. rectfss.
Spiritus V. rectf. ãa *P.* 30.
Solutioni l. a. admisce
Vitelli Ovi *P.* 5
Olei Terebinthinae *P.* 15
Boli albae, per cribrum trajectae, q. s.,

ut fiat massa densa, ex qua globuli formentur. Globuli aëri expositi paulum tantum siccandi sunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0255-4

Sapo biliosus. *Gallseife.*

Rp. Saponis pulverati *P.* 20 vel q. s.
Fellis Tauri *P.* 10
Terebinthinae Venetae *P.* 1.

M. l. a., ut fiat massa, ex qua globuli formentur.

Liquor emaculatorius.
*Fleckwasser für zarte Gewebe.*

Rp. Radicis Saponariae conc. *P.* 2
(vel Cort. Quillajae *P.* 1½)
Aquae *P.* 10.

Post lenem ebullitionem per horae quadrantem cola. Colaturae *P.* 6 admisce
Liquoris Ammonii caustici alcoholisati *P.* 1.

*Usus.* Ope spongiae hoc liquore imbutae maculas terendo et aquam suggerendo elue.

Sapo purgatorius ad telas tinctas.

Rp. Fellis taurini *P.* 120
Saponis sebacini *P.* 20.

Mixtae evaporent, donec portiuncula refrigerata rigescat. Tum admisce
Mellis depurati
Sacchari albi āā *P.* 2
Terebinthinae Venet. *P.* 1
Liquoris Ammonii caust. *P.* 2.

Sapo purgatorius ad chirothecas e pelle caprina confectas.
*Gantein. Saponin. Handschuhseife.*

Rp. Saponis Hispanici sicci conc. *P.* 50.

Solve digerendo et agitando in
Aquae destill. *P.* 15.

Solutioni fere refrigeratae admisce
Liquoris Natri hypochlorosi *P.* 15
Liquoris Ammonii caust. *P.* 2,

ut fiat massa.

*Usus.* Hic sapo chirothecis ope panniculi lanei tenuioris (flanellae) tamdiu infricetur, donec purgatae sint.

*Saponine conservatrice.*

Rp. Saponis medicati pulv. *P.* 1
Spiritus V. rectfss. *P.* 10.

Mixtas digere. Solutio leni calore filtrata in vitra effundatur et seponatur, ut congelet. Usus idem est, qui Saponis purgatorii.

Tinctura emaculatoria.
*Fleckenessenz.*

Rp. Radicis Saponariae (vel Corticis Quillajae) *P.* 5
Aquae *P.* 25.

Post digestionem leniter coque per horae quadrantem. Liquor expressus evaporet, donec *P.* 10 supersint, quibus refrigeratis adde
Liquoris Ammonii caustici spirituosi *P.* 5
Spiritus V. rectfss. *P.* 3.

Mixtio decanthata aut filtrata in lagenis obturatis asservetur.

Sal purgatorium liquidum ad telam laneam, cocco tinctam, purgandam.
*Reinigungs- und Schönungssalz für rothe Wollenzeuge.*

Rp. Oxalii 30,0
Natri carb. cryst. 15,0
Kali carb. dep. 5,0
Aquae destill. 1000,0
Coccionellae contus. 5,0.

Macera et solve, tum filtra.

**Finis notarum de emaculatione.**

## Emetinum.

Cephaëlinum. Emetinum purum.

Rp. Extracti Ipecacuanhae rad. spirituosi *P.* 2.

Solve in
Aquae frigidioris (1—5°) *P.* 20.

Solutioni filtratae admisce
Magnesiae ustae *P.* 2,

tum in balneo vaporis ad siccum evapora. Residuum in pulverem subtiliorem redactum commisce cum
Aquae frigidioris *P.* 15—20.

Agitatione peracta, miscelam in filtrum ingere, ut aqua defluat, quae rejiciatur. Residuum, quod filtrum con-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0256-9 DFG

tinet denuo leni calore exsiccetur, dein superaffundantur

Spiritus Vini alcoh. *P.* 15.

Calefac usque ad lenem ebullitionem, filtra et residuum tamdiu Spiritu ablue, quamdiu aliquid solvitur.

Tincturae collectae, spiritu destillando e balneo aquae maxima ex parte elicito, evaporent, residuum autem solvatur in miscelae quantitate sufficiente, paratae ex

Acidi sulfurici diluti *P.* 2
Aquae destill. *P.* 20.

Solutioni admisce

Acidi tannici aqua soluti

eam quantitatem, quamdiu praecipitatum inde producitur. Praecipitatum in filtro collectum commisceatur cum

Plumbi oxydati *P.* 6

et post macerationem per diem unum calore balnei aquae ad siccum redigatur, tum in pulverem redactum Spiritu Vini rectificato exhauriatur. Tincturae hoc modo collectae, Spiritu destillando elicito, addantur

Acidi sulfurici *P.* 2
Aquae destill. *P.* 10
Carbonis animal. depur. q. s.

Tum macera loco tepido per diem unum, Liquori filtrato limpido dein instilla tamdiu

Liquorem Ammonii caust.,

quamdiu praecipitatum efficitur, quod tandem, calorem evitando, siccetur. Si praecipitatum coloris non satis expers invenis, solvendo in Acido sulfurico dilutiore, tractando cum carbone animali, praecipitandoque depuretur. *P.* 200 Extracti Ipecacuanhae spirituosi praebent circiter *P.* 3 Emetini. Sit pulvis albus vel albidus amorphus, in aquae circiter partibus mille solubilis, in Spiritu facile solubilis.

*Dosis:* 0,005—0,007—0,01 ad emesin efficiendam, mixta cum dupla quantitate Acidi tartarici. *Dos.:* 0,001—0,002 pluries per diem vi expectorante et antipyretica.

## Emetinum coloratum.

Emetinum impurum.

Rp. Extracti Ipecacuanhae 100,0
Natri carbonici cryst. 7,5
Aquae destill. 80,0.

Solutione peracta, liquor

Aethere aethylico

bis excutiatur. Liquorem aethereum defusum destillando ab aethere ex parte liberatum leni calore evapora. Massam residuam in pulverem redige et serva. *Dosis emetica:* 0,15 in duas vel tres partes divisa.

## Emplastra tenaciora et valde adhaesiva.

*Stark-klebende Pflaster.*

Si vis quidquam emplastrum tenacius et valde adhaesivum efficere, adde copiam minorem

Massae emplasticae

vel Collemplastri concentrati. Conf. sub titulo: Massa emplastica.

## Emplastrum adhaesivum.

Rp. Olei Olivarum communis 1000,0
Aquae communis 50,0.

In lebetem cupreum amplum, ad tertiam partem replendum immissa leni igne calefac, tum inter perpetuam agitationem paulatim adjice

Lithargyri praeparati, per cribrum trajecti, a Minio et Plumbo metallico, quantum fieri potest, liberi 500,0.

Coque leni igne, agitatione continuata, et pauxillum

Aquae fervidae

subinde instilla, si spuma massae ebullientis collabitur, donec portiuncula exempta refrigerata justam emplastri consistentiam exhibeat. Tum sensim affunde liquorem colatum, adhuc calidum, solvendo paratum e

Salis culinaris 50,0 et
Aquae communis 800,0.

Coctio et agitatio per horam dimidiam continuetur, tum massa seponatur, ut refrigeret. Massa refrigerata exemta, lixivio salino rejecto, cum

Aquae fervidae

volumine aequali inter agitationem per horae quadrantem coquatur et ad refrigerationem seponatur. Postea massae, liquore aquoso rejecto, in lebetem remissae addantur

Massae emplasticae perchatae 100,0
Resinae Pini flavidae 160,0.

Liquatione peracta inter agitationem



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0257-5 DFG

calefac, donec humor ex parte evaporando fugatus fuerit. Postremo massa adhuc fluida in vasa e lamina ferrea stannata confecta infundatur et ad usum servetur.

Emplastrum adhaesivum optimum.

Rp. Empl. Plumbi simpl. 1000,0.
Liquata coque, donec aqua adhaerens evaporata fuerit. Deinde adde
Cerae flavae 50,0.
Colliquatione peracta adde mixturam liquatam, paratam e
Resinae Dammarae
Colophonii aa 100,0
Massae emplasticae perchatae 120,0—200,0.
Massa emplastica in pyxides e lamina stannata effectas infusa servetur.

*Ph. Germ.* Empl. Plumbi 100, Cerae, Dammarae, Coloph. ana 10, Terebinth. 1.

## Emplastrum adhaesivum Anglicum.

Emplastrum Anglicum. Empl. Ichthyocollae. Taffetas Anglicum s. adhaesivum. Sericum Anglicum. Sericum adhaesivum. *Isinglas Plaster. Court Plaster.*

Rp. Ichthyocollae minutim concisae 30,0
[1] Aquae destill. fervidae 360,0.
Digerendo fiat solutio et sint colaturae 360,0, quae in duas partes aequales dividantur. Parte altera liquoris ope penicilli tela bombycina, Taffet dicta, supra jugum extensa saepius obducatur. Tela bombycina sit circiter 100 centimetros longa et 45—50 centimetros lata. Quod inductum fuerit, siccetur.
Pars altera liquoris commisceatur cum
Spiritus V. rectfss. 120,0
Glycerinae 5,0,
qua mixtura tela eodem modo iterum illinatur.

Postremum tela, dorso mixtura parata e
Tincturae Benzoës *P.* 5 et
Balsami Peruviani *P.* 1
bis illinito, bene siccetur, inter laminas ferreas albas premendo laevigetur et loco sicco servetur.

Sit rigidum, madefactum cuti tenaciter adhaerens (*Ph. Germanica*).

Si vis emplastrum efficere, quod aquam non recipiat, in se nec conglutinet, loco Tincturae Benzoës sume liquorem hunc:

Rp. Laccae in tabulis 20,0
[2] Benzoës 4,0
Terebinthinae Venetae
Balsami Peruviani
Cerae albae
Masticies aa 2,0
Spiritus Vini absoluti 160,0.
Digere per diem unum et saepius agita, dein sepone loco frigido et filtra.

## Emplastrum adhaesivum extensum.

Sparadrapum adhaesivum.

Rp. Massae emplasticae perchatae
Resinae Dammarae
Resinae Pini aa 30,0
Empl. Plumbi simpl. 100,0
Empl. Cerussae 60,0.
Liquatis et semirefrigeratis instilla inter agitationem
Olei Terebinth. opt. 25,0.
Mixtionem puram calidam super pannum linteum s. gossypinum (*Shirting*) parcius extende, tum per aliquot dies loco frigido aëri expone. Sit valde agglutinans. Emplastra Plumbi et Cerussae ab aqua sint liberata.

## Emplastrum adhaesivum extensum Bienerti.

Rp. Resin. Dammar. pulv. *P.* 18
Empl. Plumbi simpl. *P.* 25
Olei Ricini *P.* 2
Terebinthinae communis *P.* 1.
Liquando coquendoque fiat massa homogenea, cui addantur
Emplastri Cerussae *P.* 12.
Massa l. a. super textile gossypinum tenue parcius extendatur.

Sparadrapum vetustum et non amplius satis agglutinans atterendo Oleo Terebinthinae vel Benzina reparatur.

## Emplastrum adhaesivum extensum Kraftii.

Rp. Resin. Dammarae *P.* 60
Olei Oliv. Provinc. *P.* 18
Terebinthinae laricin. *P.* 5.

Liquando mixtae colentur et super textile gossypinum extendantur.

**Emplastrum adhaesivum fuscum s. Bavaricum.**

Emplastrum Leodinense. Emplastrum domus misericordiae. *Emplâtre de Bavière. Lütticher Pflaster.*

Rp. Minii praeparati, per cribrum trajecti 336,0
Sebi taurini 52,0
Olei Olivarum 410,0.

Inter agitationem calore ignis aperti coquantur, donec miscela colorem subfuscum induere inceperit et emplastri ductilis consistentiam acquisiverit. Tum ab igne remove et adde
Cerae flavae 38,0
Resinae Pini depuratae 52,0
Terebinthinae Venetae 112,0.

**Emplastrum adhaesivum** in magdaleonibus.

Emplastrum resinosum s. adhaesivum flavum.

Rp. Emplastri Plumbi simpl. *P.* 25
Cerae flavae
Resinae Pini aa *P.* 5.

Colliquatis admisce
Terebinthinae Venetae *P.* 3.

Massa malaxando in magdalides redigatur.

**Emplastrum adhaesivum nigrum.**

Emplastrum piceum nigrum. Emplastrum adhaesivum Edinburgense. *Schwarzes Pechpflaster*

Rp. Emplastri Plumbi simpl. *P.* 6
Resinae Pini Burg. *P.* 2
Picis navalis *P.* 1.

Colliquatae et mixtae in magdaleones redigantur. Emplastrum hoc super linteum extensum tantum calefactum se agglutinat. Si emplastrum temperatura media agglutinans habere vis, misce liquando aa Partes tres illarum ambarum specierum resinalium.

Emplastr. adhaesiv. Edinburgense *Ph. Germanicae vet.*

Paretur modo quo Emplastrum adhaesivum Pharmacopoeae ejusdem, nisi quod Emplastri Plumbi 600,0 cum
Picis navalis 90,0
colliquentur. Est valde agglutinans.

**Emplastrum adhaesivum odoratum.**

Rp, Cerae flavae 45,0
Colophonii 40,0
Elemi 25,0.

Liquatis, colatis et semirefrigeratis admisce
Olei Bergamottae 3,0
— Caryophyllorum
— Citri aa 2,0
— Balsami Peruviani 4,0,

ut fiat emplastrum, ex quo formentur magdaleones, in charta cerata servandi.

**Emplastrum adhaesivum pellucidum.**

Rp. Resinae Dammarae *P.* 10
Terebinthinae Venetae *P.* 5.

Colliquando mixtis adde
Cerae albae *P.* 4
Olei Ricini *P.* 10
Terebinthinae Venet. *P.* 4.

Miscela loco calido ad sedimentationem reponatur.

**Emplastrum adhaesivum** Pettenkoferi.

Rp. Saponis calcarei 40,0
Terebinthinae coctae 20,0
Sebi ovilli 5,0.

Liquando commisceantur.

**Emplastrum adhaesivum rubrum.**

*Emplâtre de Canet.*

Rp. Emplastri Plumbi comp.
Emplastri Plumbi spl. aa 100,0
Resinae Pini 50,0
Terebinthinae communis
Lapidis Haematitae praep. aa 10,0.

M. l. a.

**Emplastrum adhaesivum Wirceburgicum.**

Emplastrum adhaesivum Herbipolitanum. *Würzburger Heftpflaster.*

Rp. Resinae Pini Burg. 25,0



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0259-9 DFG

Terebinthinae commun. 10,0
Emplastri Plumbi simpl. 50,0.
Liquatis admisce
Boli Armenae praep.
Lapidis Haematitae praeparati ãa 5,0.

**Emplastrum adstringens.**

Empl. resinosum rubrum.

Rp. Empl. Plumbi spl. *P.* 7
Olibani (Thuris) *P.* 2
Sanguis Draconis *P.* 1.
Liquando misce. *Ph. Neerl.:* 8—2—1.

**Emplastrum Ammoniaci.**

Rp. Resinae Pini
Cerae flavae ãa 100,0.
Colliquatis et subrefrigeratis admisce
Ammoniaci depur. 150,0
Galbani depurati 50,0
in
Terebinthinae communis 100,0
calore balnei vaporis soluta. Fiat emplastrum subviride, in magdaleones redigendum. *Ph. Germanica.* (Excitans, maturans, discutiens.)
Simili modo parentur:

**Empl. Asae foetidae.**
**— Galbani.**

**Emplastrum Ammoniaci cum Hydrargyro.**

Rp. Olei Olivarum *P.* 7
Sulfuris sublimati *P.* 1.
In patinam porcellaneam immissas inter agitandum calefac, Sulfur paulatim addendo, donec massa fluida homogenea effecta fuerit. Tum immisce l. a.
Hydrargyri *P.* 164,
ut globuli metallici non amplius conspiciendi sint. Dein adde
Ammoniaci *P.* 656
antea calore balnei vaporis liquatas. *Ph. Brit.* (Tumores, bubones venerei).

**Emplastrum Ammoniaci cum Scilla.**

Empl. ammoniaco-scilliticum *Ever.*

Rp. Ammoniaci depur. 40,0.
Contritis admisce leni calore
[1] Extracti Scillae 5,0
antea
Aceti concentrati 10,0
soluta. Irritans, resolvens, derivatorium (tumores, articulatio tumens, in morbo pulmonum).

Massa emplastica
*Ever.*

Rp. Ammoniaci 100,0
[2] Aceti Scillae 50,0.
Mixta leni calore conterantur, ut massa aequabilis efficiatur. *Usus:* In rheumate.
*Ph. Suec.* Gum.-R. Ammoniac. pulv. *P.* 1, Acet. Scillae *P.* 2.

**Emplastrum ammoniatum Kirklandi.**

Emplastrum volatile. Emplastrum Salis ammoniaci.

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 40,0.
Liquefactis admisce
Saponis pulverati 20,0.
Mixtioni semirefrigeratae adde
Ammonii muriatici subt. pulverati 5,0.
Contra tumores albos, indurationes subcutaneas et affectiones rheumaticas laudatur. Singulis diebus emplastrum novum applicetur.

**Emplastrum antarthriticum**
(Benningsenii).

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 65,0
Cerae flavae 10,0.
Leni calore colliquatis admisce
Saponis Hispan. pulv. 5,0,
dein
Camphorae 2,5
antea in paulo Olei Olivarum soluta, et
Castorei Canadensis pulverati 0,75.
Effunde in cistam papyraceam, oleo parce imbutam. Sit emplastrum e fuscescente flavum.

**Emplastrum antarthriticum**
Helgolandicum.

Empl. Calcariae piceum. *Helgolander Gichtpflaster.*

Rp. Calcariae stibiato-sulfuratae, subtiliter tritae

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0260-0 DFG

Cerae flavae āā 30,0
Picis navalis 100,0
— liquidae 50,0.
Liquando mixta super corium extendantur.

**Emplastrum anticatholicum.**

Rp. Emplastri Galbani croc. 50,0
Terebinthinae communis
Asae foet. pulv. āā 10,0.
Calore balnei vaporis liquando mixta commisceantur cum
Olei animalis destill.
— Menthae piperit.
— Caryophyllor. āā 1,25.

**Emplastrum antimoniatum**

Kranichfeldii.

Rp. Cerae flavae 4,0
Resinae Pini 3,0
Terebinthinae 1,0.
Liquatis et semirefrigeratis admisce
Tartari stibiati subt. pulv. 2,0.
Massa in magdalia redigatur.

**Emplastrum antispasmodicum.**

Empl. contra nauseam s. morbum nauticum. *Pflaster geg. Seekrankheit.*

Rp. Emplastri Galbani crocati 40,0
Cerae flavae 5,0
Terebinthinae Venetae 2,0.
Colliquatis semirefrigeratisque admisce miscelam pulveream paratam ex
Opii 2,5
Ammonii carbonici 2,0
Camphorae 2,5
Olei Cajaputi 1,0.
Emplastrum praecordiis applicatur.

**Emplastrum Arnicae.**

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 35,0
— Plumbi comp. 5,0
Tincturae Arnicae 40,0.
Leni calore colliquata et agitata evapora ad justam emplastri consistentiam.
*Ph. U. St.* Extr. rad. Arnicae 50,0 et Empl. Resinae s. adhaes. 100,0. M.

**Emplastrum Arnicae**

homoeopathicorum.

Sparadrapum Arnicae.

Paretur aequali modo quo Emplastrum adhaesivum Anglicum, nisi quod loco Spiritus Vini rectfss. sumantur
Tincturae Arnicae e floribus recentibus paratae 120,0.

**Emplastrum aromaticum.**

Empl. stomachicum s. de Labdano. *Magenpflaster. Keuchhustenpflaster.*

Rp. Cerae flavae 40,0
Sebi taurini 30,0
Terebinthinae communis 7,5.
Liquatis et semirefrigeratis admisce
Olibani pulv. 20,0
Benzoës pulv.
Olei Nucistae āā 10,0
— Menthae piperitae
— Caryophyll. āā 1,25.
Ad magdaleones malaxatam massam serva in charta paraffinata. Praecordiis imponendum (stomachum corroborans, pertussim leniens).
*Ph. Germanica* simile praeceptum dat, nisi quod Terebinth. 10,0 et Olei Nucistae 7,5 sumantur.

**Emplastrum balsamicum**

Schiffhausii.

Rp. Emplastri saponati 40,0
[1] Emplastri fusci 20,0.
In liquatis digerendo solve
Camphorae tritae 2,5.
(Tum adde, si praescribitur,
Castorei subt. pulv. 1,25).
Massa in scatulas ligneas vel e lamina alba ferrea confectas infundatur et seponatur, ut refrigeret.
Rp. Olei Olivarum 60
[2] Cerussae (plumbeae)
Minii praep. āā 20,0.
Leni igne inter agitationem coquantur, donec portiuncula refrigerata consistentiam emplastri praebeat. Tum admisce agitando
Saponis Hispanici pulv. 20,0
Camphorae tritae 5,0.
Post digestionem per aliquot partes sexagesimas horae, si poscitur, adde
Castorei pulv. 2,5.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0261-6
DFG

Emplastrum bene mixtum, adhuc fluidum in cistas vel scatulas infunde.

**Emplastrum basilicum.**

*Königspflaster.*

Rp. Cerae flavae 20,0
Colophonii
Picis navalis āā 25,0
Olei Olivarum 7,5.

Fiat emplastrum et infundatur in capsulas.

**Emplastrum Belladonnae.**

Rp. Cerae flavae 100,0
Terebinthinae Venetae
Colophonii āā 12,5
Olei Olivarum 25,0.

Liqua et per horae quadrantem inter perpetuam agitationem calefac, ut humiditas adhaerens abeat. Tum usque ad circiter 80° C. refrigeratis admisce
Herbae Belladonnae subt. pulv. siccae 50,0.

Fiat emplastrum cum Oleo Olivarum malaxandum, ex quo magdaleones formentur (Aneticum, anodynum).

*Ph. Germanica.* Cerae flav. 4, Terebinth., Ol. Oliv. āā 1, Fol. Belladonn. 2.

Eodem modo parentur:

**Emplastrum Aconiti.**
— **Betonicae.**
— **Conii.**
— **Hyoscyami.**
— **Meliloti.**
— **Stramonii.**

**Emplastrum Calaminae.**

s. Lapidis calaminaris.

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 25,0
Cerae flavae 10,0
Terebinthinae
Sebi taurini āā 2,5
Lapidis calamin. pp. 25,0.

M. l. a. Magdalides formentur.

**Emplastrum calefaciens.**

*Warm Plaster. Warming Plaster.*

Rp. Emplastri Cantharidum 5,0
Olei Nucistae 5,0
Cerati Resinae Pini 100,0.

Liquando mixta colentur.

**Emplastrum cantharidatum.**

*Bandpflaster* (Berolinensium).

Rp. Masticbes pulveratae
[1] Cerae flavae āā 50,0
Terebinthinae 36,0
Resinae Pini 24,0
Sebi taurini 12,0
Cantharidum subt. pulv. 18,0
Euphorbii pulv. 6,0.

Leni calore fiat massa aequabilis, quae super telam sericeam nigram latitudine 1,5 centimetrorum extendatur (Praeceptum primitivum Berolinense).

Rp. Sandaracae pulv. 12,0
[2] Terebinthinae Venet. 10,0
Cerae flavae 15,0
Resinae Pini 6,0
Sebi ovilli 3,5
Euphorbii pulverati
Cantharidum subst. pulv. āā 5,0.

M. l. a. ut fiat emplastrum, quod, ut supra notatum est, extendatur.

**Emplastrum Cantharidum colatum.**

Rp. Cantharidum pulv.
Colophonii āā 40,0
Cerae flavae 25,0
Sebi taurini 10,0.

Calore balnei arenae per tres horas digere. Tum adde
Terebinthinae (Venet.) 5,0.

Dein ope preli exprime et massam liquidam, adhuc calidam, in capsulas infunde.

**Emplastrum Cantharidum**

(ordinarium).

Empl. epispasticum s. vesicatorium s. Lyttae.

Rp. Cerae flavae
Colophonii āā 200,0
Sebi taurini 100,0.

Liquata leni calore inter agitandum calefac, donec partes aquosae forsitan minores consumtae sint. Tum adde

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0262-2 DFG

Terebinthinae Venetae 50,0.

Calore miscelae ad 90—70° C. minuto, admisce agitando

Cantharidum 185,0

quae Cantharides pulverisatae antea calore 25—30° R. exsiccatae sunt, tum massa mixta stet calore balnei aquae per horam unam, dein saepius agitata per diem dimidium loco frigido seponatur, ut fiat emplastrum, olei Olivarum ope in magdaleones malaxandum. Irritans, rubefaciens (post horas 2—3), vesicans, epispasticum (post horas 6—8).

*Ph. Germanica* Canth. 2, Ol. Oliv. 1, Cerae 4, Terebinth. comm. 1.

## Emplastrum Cantharidum Ferrari (perpetuum).

Emplastrum vesicans Mediolanense. *Mouches de Milan. Reizendes Bandpflaster. Zahnpflaster.*

Rp. Colophonii 70,0
Terebinthinae 50,0
Cerae flavae 30,0
Sebi taurini 3,0.

Liquatis admisce
Cantharidum subt. pulv. 30,0
Euphorbii subt. pulv. 10,0
Styracis liquidi 15,0.

Postremum admisce
Olei Lavandulae
Olei Thymi $\widehat{aa}$ 1,0.

Mixta in ollam porcellaneam infundantur.

Hoc emplastrum plerumque vesicas excitat.

*Usus.* Hoc emplastrum leni calore liquatum postulantibus supra taffetas nigrum linatur, quod per aliquot dies loco frigido expositum in pannulos longitudinis 3 cm et latitudinis 1,6 cm dissecetur. Emplastrum parti, quae dolet, vel processui mastoideo applicetur, ut ibi per aliquot dies vim epispasticam exerceat.

Ad effectionem emplastri, quod vesicas non excitat, sed cutem tantum irritat, quantitas Cantharidum diminuatur.

*Ph. Gall.* Picis albae, Cerae flavae, Canth. pulv. ana 50,0, Terebinth. 10,0, Olei Lavandul., Ol. Thymi ana 1,0.

## Emplastrum Cantharidum Luebeckii.

Rp. Colophonii
Resinae Pini $\widehat{aa}$ 50,0.

Liquatis admisce
Styracis liquidi
Cantharidum pulv. $\widehat{aa}$ 25,0.

## Emplastrum Cantharidum Parisiense.

Rp. Tincturae Cantharidum 40,0
Resinae Pini 20,0
Olei Lini inspissati 10,0
Balsami Peruv. 5,0.

Misce calefaciendo, liquando, agitando.

## Emplastrum Cantharidum perpetuum.

Emplastrum vesicatorium Janini. Empl. Janini. Empl. Jaegeri. Empl. Cantharidum cum Euphorbio *Ph. Fenn.* Emplastrum Euphorbii.

Rp. Colophonii 70,0
[1] Cerae flavae 50,0
Terebinthinae 35,0
Sebi taurini 20,0.

Liquatis admisce
Cantharidum subt. pulv. 20,0
Euphorbii subt. pulv. 5,0.

*Ph. Germanica.*

Rp. Terebinthinae Venetae
[2] Mastiches pulv. $\widehat{aa}$ *P.* 6.

Leni calore liquatis admisce pulverem subtilissimum e
Cantharidum *P.* 2
Euphorbii *P.* 1

paratum. Massa calida in laminam albam ferream effunde. *Ph. Bor., Austr.*

*Vis* mitior quam Empl. Canth. ord., sed magis perdurans. *Usus*: Ad anadromen doloris dentis, contra phlegmones, lippitudines, hemicraniam. Empl. secundum aurem vel auriculum imponitur. Epispasticum, derivatorium.

## Emplastrum Capsici.

*Capsicum Plaster.*

Tela musselina, oblita Emplastro adhaesivo ad manum teneatur. Pars telae huic desecta, quae loco emplastri insumenda est, ope penicilli parvi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0263-8 DFG

(ad dentes) Oleoresina Capsici perungatur. 10 ccm empl. contin. 0,25 Oleoresinae. *Ph. U. St.*

**Emplastrum Cerae.**

Empl. Cerae terebinthinatum.

Rp. Cerae flavae *P.* 50
Sebi taurini *P.* 20
Terebinthinae *P.* 10
Resinae Pini flav. *P.* 25
Olei Olivae communis *P.* 5.

Colliquatae colentur et in capsulas chartaceas infundantur. Emolliens.

**Emplastrum Cerati Saponis.**

*Soap Cerate Plaster.*

Rp. Plumbi oxydati pulv. *P.* 60
Aceti conc. (10 %) *P.* 652.

Inter agitationem coquantur, donec Acidum cum Oxydo conjunctum fuerit. Tum adde

Saponis natrico-oleïnici pulv. *P.* 40

et denuo coque, ut humidum maxima ex parte evaporetur. Dein adde

Cerae flavae *P.* 50 et
Olei Olivarum *P.* 73

antea colliquatas. Inter agitationem omne humidum evaporetur, ut fiat emplastrum justae consistentiae. *Ph. Belg.* Resolvens, stimulans.

**Emplastrum ceroneum.**

*Céroène. Emplâtre céroëne.*

Rp. Resinae Pini 400,0
Picis naval. nigrae
Cerae flavae $\widehat{aa}$ 100,0
Sebi ovilli 50,0
Boli Armenae praep. 100,0
Myrrhae subt. pulv.
Olibani subt. pulv.
Minii $\widehat{aa}$ 20,0.

M. l. a. Fiat emplastrum. *Ph. Gall. Us.* Contra dolores pressu vel percussione effectos.

*Céroène des Miramionnes.*

Rp. Olei Olivarum
Resinae Pini $\widehat{aa}$ 60,0
Cerae flavae 30,0
Lithargyri praeparati
Cerussae subt. pulv. $\widehat{aa}$ 5,0.

Colliquando agitandoque fiat emplastrum.

**Emplastrum Cerussae.**

Empl. album coctum.

Rp. Lithargyri subt. pulv. 200,0
[1] Olei Olivarum 500,0.

Coque in lebete cupreo inter agitationem continuam instillando interdum aquam calidam, donec Lithargyrum solutum fuerit. Tum adde

Cerussae subt. pulv. 360,0

et coque, aquam calidam, ne humor deficiat, modice instillando, ut fiat emplastrum, quod refrigeratum in magdalia convolvatur. Sit album.

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 1000,0
[2] Olei Olivarum 150,0
Cerussae pulv. 570,0
Aquae destill. 25,0.

In ahenum cupreum immissa inter agitationem continuam, instillando subinde modicam aquae destill. calidae quantitatem, ne humor deficiat, ad justam emplastri spissitudinem coquantur. Malaxando, aquae ope, magdaleones formes. Defensivum exsiccans, leviter adstringens, mitigans. (*Ph. Germ.*)

**Emplastrum Cetacei.**

Empl. Spermatis Ceti. Empl. emolliens.

Rp. Paraffinae albissimae
Sebi taurini $\widehat{aa}$ 30,0
Emplastri Plumbi simpl.
Cetacei $\widehat{aa}$ 20,0.

Leni calore liquando mixta in cistulas infundantur. Emolliens.

**Emplastrum Chinini.**

Rp. Chinini sulfurici bas. *P.* 3
Emplastri de Vigo c. Merc. *P.* 50.

Misce l. a. Roborans, antineuralgicum. Saepius ad usum in forma epithematis supra regionem splenicam (splenoncus, splenemphraxis, splenalgia post febrem rebellem).

**Emplastrum ad clavos pedum** (Richteri).

*Hühneraugenpflaster.*

Rp. Galbani pulv. 50,0.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0264-3 DFG

In aceto solutis et ad consistentiam spissam usque evaporatis admisce leni calore

Picis navalis 25,0
Emplastri Plumbi simpl. 12,5.

Postremo adde

Ammonii muriat. pulv.
Aeruginis pulv. aa 2,0.

Fiat l. a. emplastrum.

Empl. ad clavos ped. Baudotii.

Rp. Cerae flavae 30,0
Ceratae Resinae Pini
Galbani pulv. aa 20,0.

Calore balnei vaporis liquando mixtis adde

Cupri acetici subt. pulv. 15,0
Olei Terebinthinae 2,5
Kreosoti 5,0.

*Taffetas de Delacroix.*

Rp. Resinae Pini 100,0
Elemi 25,0
Terebinthinae
Olei Lauri bacc.
Cerae flavae
Aeruginis subt. pulv. aa 12,5.

Misce l. a. Particulae quadratae parvae texti sericei viridis massa obliniuntur.

Empl. ad clavos ped. Keilholzii.

Rp. Emplastri ad clavos ped. 100,0
Cantharidum subt. pulv. 1,5.

M. l. a.

Empl. ad clavos ped. Grimmertae.

Rp. Aeruginis pulv. 25,0
Emplastri Galbani croc. 50,0
Cerae flavae
Terebinthinae aa 10,0.

M. l. a. Signa:

*Das Pflaster wird zwischen den Fingern erweicht, auf die kranke Stelle gedrückt und dann mit einem feinen leinenen Läppchen, aber nur dünn umwickelt, doch darf zuvor das Hühnerauge nicht beschnitten und das Pflaster nicht geschmiert werden. — Acht Tage bleibt es unberührt darauf liegen, alsdann wird es abgenommen, der Fuss 5—6 Minuten in warmes Wasser gesetzt, dann getrocknet und mit einem scharfen Federmesser die nun erweichte und abgestorbene Haut da, wo dieselbe in Verbindung mit der gesunden stand, im halben Umkreis eingeschnitten und die Häute und der Dorn abgezogen; zeigt sich irgend noch ein weisses Häutchen in ringförmiger Gestalt bei der Stelle, wo der Punkt des Hühnerauges war, so muss auch dieses herausgelöst werden, bis man auf gesundes rotes Fleisch stösst.*

*Nachdem wird die wunde Stelle zum Schutz einige Tage lang umwickelt. Binnen 3 bis 4 Wochen bildet sich abermals eine harte Haut, welche jedoch nicht geschnitten werden darf, sondern sich nach einem warmen Fussbade ablöst.*

## Emplastrum Collodii.

*Collodpflaster.*

Rp. Telam sericam.

Collodio paululo elastico illine. Ad usum hoc emplastrum mixtura Spiritus vini (2) cum Aethere (1) madefactum imponitur.

## Emplastrum Conii

*Ph. Austriacae.*

Rp. Adipis suilli 25,0
Cerae flavae 50,0
Terebinthinae comm. 5,0.

Colliquatis inter agitationem admisce

Herbae Conii pulv. 20,0,

ut fiat emplastrum, quod ope Olei mineralis in magdalides redigatur.

*Vis* anodyna, resolvens, discutiens (indurationes glandularum, cirrhus, rheuma).

*Ph. Gall.* Resin. Burgund. 94, Picis alb. 44, Cerae flav. 64, Ol. Conii coct. 13, Fol. Conii recentium 200, Gummi Ammoniaci dep. 50. — Folia recentia contusa cum massa liquata, colliquando parata ex Res. Burg., Pice et Cera, inter agitationem calefac, donec pars aquosa exhalata fuerit, tum exprime etc.

*Ph. Fenn.* Resinae Pini flav. 10,0, Cerae flav. 50,0, Empl. plumb. 250,0. Extracti Conii 40,0.

Eodem modo paratur:

## Emplastrum Hyoscyami

*Ph. Fennicae,*

nisi quod loco Extracti Conii sumatur Extractum Hyoscyami. Anodynum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0265-9 DFG

**Emplastrum Conii ammoniacatum.**

Empl. Conii cum Ammoniaco.

Rp. Ammoniaci pulverati
Aceti Scillae āā 20,0.

Mixtis et leni calore evaporando in massam pultiformem tenacem redactis admisce

Emplastri Conii 90,0.

Magdalides formentur. Sit emplastrum molliusculum, paulum tenax. *Ph. Germ.*

*Vis* eadem Empl. Conii, simul. paullum irritans, derivatoria (articulationes tumentes, tumores, morbi pulmonum).

**Emplastrum consolidans** (Schmuckeri).

Empl. griseum. Empl. de Lapide calaminari. Empl. Diapompholigos.

Rp. Emplastri Cerussae 60,0
Emplastri Plumbi 100,0
Olei Olivar. Prov. 7,5.

Leni calore emollitis admisce

Lapidis Calaminaris praep. 15,0
Olibani pulverati
Mastiches pulv. āā 2,5.

Fiat emplastrum, ad magdaleones malaxandum. *Vis* adhaerens, digerens, defendens.

*Ph. Bor. suppl. Schachtii.* Empl. Plumbi, Empl. Cerussae āā 24, Lap. Calamin., Olibani, Mastiches āā 1.

**Emplastrum Cumini.**

Rp. Cerati Resin. Pini 50,0
Cerae flavae 10,0
Seminum Cumini pulv. 10,0.

Liquando mixtis et semirefrigeratis adde

Olei Cumini 2,5

et agita, donec refrixerint.

Simili modo paretur:

**Emplastrum Carvi.**

**Emplastrum defensivum caeruleum.**

Emplastri Oxydi cobaltici.

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 70,0
Unguenti plumbici 15,0
Smalti (s. Oxydi cobaltici cum terra silicea) 30,0.

M. l. a. et in magdaleones redige.

**Emplastrum defensivum rubrum.**

Empl. Cerussae rubrum.

Rp. Sebi taurini
Cerae flavae āā 25,0
Cetacei 2,5.

Leni calore liquatis admisce

Cerussae plumbicae 25,0
Minii praeparati 12,5

conterendo antea optime mixta. Dein adde

Camphorae 3,0

soluta in

Olei Olivarum 12,5.

Agitando refrigerandoque fiat emplastrum, in magdalia malaxando formandum (*Suppl. Ph. Bor. Schachtii*).

**Emplastrum Diapalmae.**

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 80,0
Cerae albae 5,0.

Liquatis admisce

Zinci sulfurici 2,5

antea soluta in

Aquae destill. 5,0.

Inter agitationem humiditas evaporetur. Massa in magdaleones malaxando redigatur. *Ph. Gall.*

**Emplastrum diaphoreticum** Mynsichti.

Rp. Cerae flavae 60,0
Colophonii
Empl. Plumbi simpl. āā 20,0.

Liquatis, colatis et semirefrigeratis adde

Terebinthinae 30,0
Ammoniaci 10,0
Galbani 5,0

antea leni igne colliquata. Massae fere refrigeratae admisce

Myrrhae 20,0
Succini
Olibani
Mastiches āā 5,0

antea omnia subtilissime pulverata. Fiat emplastrum consistentiae durioris, ex qua magdalia formentur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0266-5 DFG

**Emplastrum divinum.**
*Peau divine.*
Rp. Cerati Resinae Pini *P.* 2
Resinae Pini *P.* 1.
Liquando mixtas supra corium extende.

**Emplastrum domesticum**
Pastoris Christi.
Rp. Emplastri fusci camphorati 100,0.
Liquatis admisce inter agitationem
Balsami Peruv. 2,0.
Effunde in scatulas ligneas.

**Emplastrum durum**
Richteri.
Rp. Lapidis Calamin. pp. 30,0
Lithargyri praep.
Cerussae
Zinci oxydati $\widehat{aa}$ 10,0
Plumbi acetici 15,0.
Subtilissime pulverata et mixta leni calore commisceantur cum
Emplastri Plumbi simpl. 100,0.
Massa in cistas ita infundatur, ut placentam circiter centimetra 2,5 crassam praebeat.

**Emplastrum Euphorbii.**
Empl. ischiadicum.
Rp. Cerati Resinae Pini 100,0
Euphorbii pulv. 3,0.
Leni calore mixtio efficiatur. Massa in capsulas ferreas stanno obductas infundatur. (Neuralgia, ischias).

**Emplastrum Extracti Conii** *Ph. Gall.*
Emplastrum Extracti Cicutae *Ph. Gall.*
*Emplâtre d'Extrait de Ciguë.*
Rp. Extracti Conii seminum spirituosi *P.* 9
Elemi purificati *P.* 1
Empl. Plumbi comp. *P.* 2.
Elemi et Emplastro colliquatis addatur Extractum spissitudinis densioris, tum in mortario porcellaneo massa mixta fortiter agitetur, ut fiat massa aequabilis, quae in capsulas e lamina alba confectas, oleo minerali infricatas ingeratur. (Hoc emplastrum ab emplastro Conii maculati, conf. pag. 249, valde differt.).

Eodem modo parentur:
**Emplastra cum Extractis**
*(Emplâtres d'Extraits)*
— **Belladonnae seminum** *(de Belladone).*
— **Digitalis spirit.** *(de Digitale).*
— **Opii.**
— **Stramonii seminum** *(de Stramoine).*
etc.

**Emplastrum Ferri.**
*Iron Plaster.* Empl. martiatum.
Rp. Ferri hydrati fusci
Terebinthinae Canadensis
Resinae Pini ana 10,0
Emplastri Plumbi 70,0.
Misce l. a. calore modico. *(Ph. U. St.)*

**Emplastrum Ferri jodati.**
Rp. Cerati Resinae Pini 50,0.
In catino ferreo liquefactis admisce
Ferri subt. pulverati 2,5.
Post agitationem sensim instilla
Jodi 2,0
soluta in
Spiritus V. rectfss. 15,0.
Calore leni adjuvante agita ope spatulae ferreae, donec Spiritus Vini maxima ex parte consumptus fuerit. Tum effunde in ollam porcellaneam et agita, ut emplastrum refrigeret.

**Emplastrum foetidum.**
Empl. antihystericum. Empl. resolvens Schmuckeri. Empl. Asae foetidae.
Empl. Asae foetidae comp.
Rp. Cerae flavae
Resinae Pini $\widehat{aa}$ 40,0.
Liquatis, colatis semirefrigeratisque admisce
Asae foetid. pulv. 60,0
Ammoniaci pulv. 20,0
antea in balneo vaporis soluta in
Terebinthinae 40,0.
*Ph. Germanica.*

**Emplastrum ad Fonticulos.**
*Fontanellpflaster.*
Rp. Emplastri Plumbi simpl. 360,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0267-1 DFG

Resinae Pini 30,0
Sebi taurini 10,0.

Leni calore liquando misceantur.

Ut vis adhaerens emplastri firmetur, Massae emplasticae perchatae 30,0—50,0 admisce.

Cf. Apparatus ad Fonticulos; pag. 52.

## Emplastrum Fouquetii.

*Emplâtre de Fouquet.*

Rp. Emplastri Plumbi simpl.
Cerae flavae
Lithargyri praep. $\widehat{aa}$ *P.*

M. l. a.

## Emplastrum Fuliginis

Bernhardi.

Rp. Resinae Pini q. v.

Liquefactae admisce

Fuliginis splendentis subt. pulv.,

quantum suscipi potest. (Arthritis chronica, tinea capitis, ulcera phagedaenica.)

## Emplastrum fuscum.

Empl. Matris. Empl. Matris fuscum *Ph. Sax., Bad., Bav. etc.* Empl. Triapharmacum. *Schwarzes Mutterpflaster.*

Rp. Minii subt. pulv. 5,0
Olei Olivarum 100,0.

Coque in lebete cupreo inter continuam agitationem, donec colorem e nigro fuscum induerint. Tum adde

Cerae flavae 25,0
Picis nigrae 10,0.

Mixtione peracta infunde in capsulas chartaceas. Agglutinans, defensivum.

## Emplastrum fuscum camphoratum

s. universale s. Minii (adustum).

Empl. Minii s. plumbicum camphoratum. *Emplâtre de Minium camphré.* Empl. Matris *Ph. Hann.* Empl. Matris fuscum *Ph. Hass.* Empl. fuscum *Ph. Bav.* Empl. nigrum s. Noricum *Ph. Bav., Wrtb. Nürnberger, Wiener, Züllichauer, Hamburger, Hallisches Waisenhaus-Pflaster, (Legrand'sches) Mutterpflaster, Universalpflaster, Chocoladenpfl., Altschadenpfl., Karmeliterpfl.*

Rp. Olei Olivarum 800,0
Minii subt. pulv. 400,0.

Inter perpetuam agitationem coquantur, donec miscela colorem e nigro fuscum acceperit. Tum adde

Cerae flavae 200,0
Picis nigrae 150,0.

Massam liquatam commisce cum

Camphorae tritae 15,0.

Effunde in capsulas e lamina alba confectas et paululum humectatas. *Vis:* paulum irritans, discutiens, maturans.

*Ph. Germ.* picem omittit et Camph. 13,3, solut. in Ol. Oliv. 13,3, praecipit.

Saepe dispensatur Emplastrum fuscum, non admixta Pice nigra, in scatulis ligneis minoribus (capac. 8—15 Grm.) cum signaturis his:

*Schäffers*
*Haupt-Wund-Brand-*
*Frost- und Heilpflaster.*

*Dieses vormals von Sr. Röm. Kais. Majestät*
*privilegirte und neuerdings mit Genehmigung*
***eines hohen Königl. Preuss. Ministeriums***
*zum Debit verstattete köstliche*
***Heil- und Wund-Pflaster***
*des* ***Michael Lauer*** *vorm. Wundarzt in Nürnberg*
*ist recht- und erbmässig übergegangen auf die*
***Jungfrau Thecla Bremner in Erfurt***
*und nur von dieser unverfälscht zu haben.*
*Preis: 2 Sgr.*

Emplastrum fuscum (Theclae)
*Ph. Gall.*

*Emplatre brun. Onguent de la mère Thècle. (Rosenbalsam. Poitrinage de Rose.)*

Rp. Olei Olivarum 100,0
Adipis suilli
Butyri insulsi
Sebi taurini
Cerae flavae
Lithargyri praep. $\widehat{aa}$ 50,0.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0268-7
DFG

Coquantur inter perpetuam agitationem, donec miscela colorem saturate fuscum acceperit. Tum adde
Picis nigrae 10,0.
*Vis:* exsiccans, incitans.

**Emplastrum Galbani crocatum.**

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 120,0
Cerae flavae 40,0.
Colliquatis et semirefrigeratis admisce
Galbani depurati 120,0
antea in
Terebinthinae comm. 30,0
calore balnei vaporis soluta. Tum adde
Croci pulv. 5,0.
Massa in magdaleones redigatur. *Ph. Germanica. Vis:* resolvens, discutiens.
*Ph. Neerl.* Empl. Plumbi 120, Galb. dep. 120, Cerae 100, Tereb. 40, Croci 15.

**Emplastrum Galbani rubrum.**

Emplastrum oxycroceum *Ph. Hb.*

Rp. Cerae flavae
Colophonii aa 160,0.
Liquatis admisce
Orleanae 5,0
antea cum Spiritus Vini rectificatissimi sufficiente quantitate contrita, et adde
Galbani depurati
Terebinthinae aa 40,0
leni calore antea probe mixta. Irritans, derivans.

**Emplastrum gallicum.**

*Franzosenpflaster.*

Rp. Emplastri Plumbi comp.
— Hydrargyri
Olei Lini sulfurati aa *P.*
M. l. a.

**Emplastrum glutinans**
s. agglutinativum *Ph. Gall.*

*Emplâtre d'André de la Croix.*

Rp. Picis albae 80,0
Elemi 20,0
Terebinthinae communis
Olei laurini aa 10,0.
Liquata, tum colata in ollam effunde.

**Emplastrum glutinativum**

Clinici chirurg. Berolinensis.

Rp. Emplastri Plumbi simpl. *P.* 2
Resinae Pini *P.* 1.
Liquando misceantur.

**Emplastrum jodato-saponatum**
(Richteri).

Rp. Jodi 1,0
Olei Olivae 1,5.
Contritis immisce
Empl. saponati 50,0
antea leni calore semiliquata. Pretii melioris est:

**Emplastrum jodatum.**

Rp. Kalii jodati 2,0
Jodi 1,0.
Contritae malaxando commisceantur cum
Emplastri saponati 120,0
quae antea leni calore emollita sunt.

**Emplastrum Hamburgense.**

Rp. Emplastri fusci comphorati cum Pice nigra parati 400,0
Succini praep. 10,0.
Misce. Dispensatur forma magdaleonum ponderis 15 Grammat. (1/2 Unz.), 7,5 centimetr. longitudinis, qui in chartam ceratam involuti et signatura hac muniti sunt:

*Universal-Heil-und Fluss-Pflaster, mit welchem nächst Gott viel Menschen zu ihrer Gesundheit gebracht, welche bis 6- und 8jährige Schäden und unerträgliche Schmerzen erlitten. Die Kraft und Wirkung desselbigen ist allhier zum Theile verzeichnet, wie folgt:*

*Erstens ist dieses Pflaster zu gebrauchen vor Engbrüstigkeit und kurzem Odem, Brust- und Lungen-Geschwüre, auf Leder gestrichen, auf die Brust geleget: so man es aber allda nicht leiden kann, muss solches zwischen die Schultern geleget werden.*

*Zweitens dient es vor Reissen im Rücken und Gliedern, es sei in der Achsel, Röhre, Bein, Ellenbogen oder Gelenke, so der*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0269-5
DFG

*Schmerz gleich viele Jahre gedauert, so benimmt es den Schmerz in kurzer Zeit, und ist probat gefunden worden; jedoch muss die Schmerzstelle mit dem auf Leder gestrichenen Pflaster recht bedeckt werden.*

*Drittens so ein Mensch Blut auswirft, er sei gestossen, geschlagen, gefallen oder gequetscht, ist dieses Pflaster ein herrliches Mittel, wenn es gleichfalls auf Leder gestrichen, und der Schmerz damit bedeckt wird, so hilfts in wenigen Tagen, jedoch soll dieses Pflaster alle Tage frisch überstrichen und übergelegt werden, auch alle zwölf Stunden, und kann immer dasselbe Leder bleiben.*

*Viertens kann dieses Pflaster für Kopfschmerzen, auf Taffent oder Leder dünne gestrichen, über die Stirne oder auf die Schläfe gelegt werden; auch für Zahnschmerzen ist dasselbige ein trefflich Mittel, nur muss man solches Pflaster an den Backen, an welcher Seite der Schmerz ist, legen, und denselben wohl bedecken, da es denn die Schmerzen zur Stunde benimmt.*

*Fünftens alle offene Schäden, Geschwüre, Salzflüsse und dergleichen, das* Panaritium *oder Ahl am Finger, gleich im Anfange daraufgelegt, lindert die Schmerzen in kurzer Zeit. Man braucht auch keinen Wund-Balsam oder* Digestiva, *Oele und dergleichen, sondern heilet, ohne was anderes dabei zu gebrauchen, aus dem Grund.*

*Sechstens in allen Entzündungen, als der Rose, rothe hitzige Augen, im Brand, ist es das herrlichste Mittel; frische Wunden heilet es in sechs Tagen; für Hühneraugen oder Leichdornen ist es ein bewährtes Mittel, wie auch für verfrorne Glieder.*

*Siebentes in* Tumoribus, *und* scirrhösen *Geschwulsten, sie mögen Namen haben wie sie wollen, als insonderheit die Stockung der Milch bei säugenden Frauen, es zertheilet sie sogleich, ohne etwas anderes dabei zu gebrauchen, wenn die Brust auch schon durchgebrochen, so heilet es wieder.*

*Achtens bei Krebs oder Fisteln, wie auch in* Bubonibus *und* veneria Testiculi, Tophi, *und dergleichen, es resolvirt sie sogleich, oder bringt sie in* Suppuration. *Man muss nur das Pflaster alle Tage frisch überstreichen, so kurirt es obenerwähnte Umstände aus dem Grund. Für diese Wohlthat sind wir dem Schöpfer den billigsten Dank schuldig.*

*Dieses ist zu bekommen bei Johann Nicolaus Lohmann Nachfolger, Franz Johann Heinrich Maack, Tabaksfabrikant, wohnhaft in der Breitenstrasse Nr. 36, im Mecklenburger Wappen, in Hamburg.*

## Emplastrum Hydrargyri.

Empl. mercuriale.

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 280,0
Cerae flavae 50,0
Resinae Pini Burg. 20,0
Terebinthinae 10,0.

Liquentur leni calore, dein ab igne remotis admisceantur

Hydrargyri 100,0

quae antea cum

Lanolinae hydratae 50,0

in mortario ferreo vel porcellaneo conteruntur ad plenam hydrargyri extinctionem. Tum agita, donec fere refrigescant. Emplastrum aquae ope in magdaleones malaxetur. *Vis.:* resolvens, alterans (indurationes, exostoses, bubones, morbi hepatis chronici etc.).

*Nota:* Praeparatio hujus emplastri una cum praeparatione Unguenti Hydrargyri cinerei facilius efficitur.

*Ph. Germanica.* Hydrarg. 10, Terebinthinae 5. Post extinctionem Hydrargyri admisce Empl. Plumbi 30, Cerae flavae 5. Oculo nudo globuli hydrargyri conspicui sint nulli.

*Ph. Brit.* Hydrarg. 164, Ol. Olivae 7, Sulf. sublimati 1, Empl. Plumbi spl. 328.

## Emplastrum Hyoscyami.

Rp. Cerae flavae *P.* 10
Colophonii
Olei Olivae $\widehat{aa}$ *P.* 5
Herbae Hyoscyami pulv. *P.* 10.

M. l. a. Cera, Colophonium et Oleum Olivae colliquefactis et semirefrigeratis paulatim pulvis herbae admisceatur. Agitetur donec massa refrixerit. Fiant magdalides oleo minerali puri paululo illinatae, charta paraffinata involvendae. *Ph. Bad. Vis.:* resolvens, discutiens, leniter narcotica.

## Emplastrum ichthyolatum.

Rp. Resinae Dammaris
Sebi benzoïnati
Cerae flavae $\widehat{aa}$ 20,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0270-6
DFG

Resin. elastic. 8,0
Lanolinae 12,0
Ichthyoli (Natrii ichthyolati) 20,0.

Mixtio eo modo, qui in praecepto ad parationem massae emplasticae notatus est, paretur. Resina elast. cum Lanolina primo colliquetur.

**Emplastrum Jodoformii.**

Rp. Jodoformii 12,0
Lanolinae anhydricae 15,0.

Conterendo mixta commisce cum
Emplastri adhaesivi
Empl. Plumbi aa 35,0
leni calore colliquatis. *Usus:* Adenophyma, bubo, epididymitis, pleuritis exsudativa, perniones percurantur.

**Emplastrum Jodoformii fortius** (Pape et Fischer).

Rp. Jodoformii 10,0
Empl. adhaesivi
Empl. Plumbi aa 20,0.

M. f. empl. *Usus:* Conf. Empl. Jodoformii.

**Emplastrum Jodoformii mitius** (Pape et Fischer).

Rp. Jodoformii 5,0
Empl. adhaesivi
Empl. Plumbi aa 30,0.

M. f. empl. *Us.:* Ulcera, perniones percurantur.

**Emplastrum irritans**
*(Ph. Hann.)*.

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 60,0.

Coquantur inter agitationem, donec colorem fuscum acceperint. Tum admisce liquando
Colophonii
Cerae flavae aa 15,0
Picis navalis 20,0
Terebinthinae 5,0.

Semirefrigeratis admisce
Camphorae 1,0
leni calore solutum in
Olei laurini unguinosi 4,0.

Massa malaxando in aqua ad magdalides redigatur.

**Emplastrum Kalii jodati.**
*Plaster of Jodide of Potassium.*

Rp. Kalii jodati 10,0
Olibani pulv. 60,0
Cerae 8,0
Olei Olivarum 1,25.

Olibanum et Cera liquentur, dein addatur Kalium jodatum in pulverem redactum, postremo Oleum Olivarum. Diligenter agitando fiat emplastrum.

**Emplastrum Klepperbeinii** (stomachale).

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 200,0
Cerae citrinae 40,0
Resinae Pini 20,0
Terebinthinae comm. 10,0.

Leni calore liquatis et paululum refrigeratis agitando admisce
Miscelae oleosae 10,0
(infra notatae).

Infunde massam in pyxides rotundas, e lamina alba confectas (capacitatis circiter 26 Grammat., altitudinis 4 Centimetr.), operculo claudendas. Operculo, antea lacca copalina illinito, ope Mucilaginis Gummi Arab. signaturam hanc:

*Klepperbeinisches*
*Magen- und Nerven-stärkendes*
*Pflaster*

agglutina.

Miscela oleosa.

Rp. Camphorae 10,0
Petrolei Italici 20,0
Olei Calami
— Lavandulae
— Menth. piperitae
— Absinthii aa 2,5
— Rorismarini
— Caryophyllorum
— Aurant. cort. aa 5,0.

M.

**Emplastrum Lorraini.**

Rp. Cerae flavae 20,0
Olei Olivarum
Colophonii aa 10,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0271-2 DFG

Sebi taurini
Terebinthinae āā 5,0.
M. liquando.

**Emplastrum ad Lupiam.**
*Gliedschwammpflaster.*

Rp. Cerati Aeruginis 90,0.
Liquatis admisce
Gallarum subt. pulv. 10,0.

**Emplastrum malacticum.**
Empl. frigidum. Empl. Foeni Graeci compositum.

Rp. Cerae flavae 120,0
Sebi taurini
Resinae Pini āā 40,0.
Liquata commisceantur cum
Terebinthinae communis 50,0
Ammoniaci
Galbani āā 20,0
antea leni calore colliquatis. His commixtis adde
Sem. Feni Graeci sbt. pulv.
Sem. Lini sbt. pulv. āā 30,0
Rad. Curcumae sbt. pulv. 20,0.
M. *Ph. Hamb.*

Rp. Cerae flavae 60,0
Terebinthinae communis 42,5
Colophonii 90,0.
Liquatis et colatis adde
Emplastri Plumbi simpl. 160,0.
Liquando mixtione peracta, massae paulum refrigeratae admisce pulverem miscendo paratum e
Myrrhae
Olibani āā 5,0
Radicis Curcumae 12,5
Radicis Althaeae
Florum Chamomillae
Florum Sambuci
Seminis Foeniculi āā 5,0
Fabarum albarum 2,5.
Massa in magdaleones pedales ponderis grammatum 30,0 redigatur. *(Praeceptum a Wollwebero datum.)* Malacticum, maturans.

**Emplastrum Manus Dei.**
*Gottes-Hand-Pflaster.*

Rp. Emplastri Plumbi comp. 190,0
Cerati Aeruginis 10,0.
Leni calore mollita commisceantur.

Rp. Emplastri Plumbi spl. 180,0.
Liquefactis adde
Aeruginis pulv. 5,0.
Lege artis coquantur, donec ex rubro subnigrum colorem accipiat massa, in qua leni igne liquefiant
Cerae flavae 40,0.
Tum agitando immisceantur
Galbani pulverati
Ammoniaci pulverati
Olibani pulv. āā 5,0
Mastiches pulveratae
Myrrhae pulv. āā 1,25.
Malaxando fiant magdalides. *Ph. Dan.*

**Emplastrum martiale.**
Empl. ferratum. Empl. Martis ex Sebo. *Eisenpflaster. Stahlpflaster.*

Rp. Saponis natrici sebacini exsiccati *P.* 10
(vel Saponis adhuc humidi quantitatem accommodatam).
Solve in
Aquae dest. fervidae *P.* 100.
Solutioni adhuc tepidae instilla agitando
Liquoris Ferri sesquichlorati *P.* 10 vel q. s.,
quamdiu praecipitatum inde producitur, quod sub aqua frigida destillata depsatur, dein agitando in balneo vaporis ab humore liberetur. Fiant magdaleones, Effic. *P.* 7. *(Ph. Wrtb.)*

Empl. cum Oxydo ferrico. Empl. Canetii.
*Emplâtre ou Onguent de Canet.*

Rp. Emplastri Plumbi simpl.
[2] — — compos.
Cerae flavae āā 10,0.
Liquatis admisce
Colcotharis rubri 10,0
antea cum
Olei Olivarum 10,0
optime contrita. Dein agita, donec massa refrixerit. *(Ph. Gall.)* *Us.:* Ad ulcera atonica integenda.

Emplastrum Ferri *Ph. Brit.*
Empl. Thuris s. roborans. *Steel Plaster.*

Rp. Emplastri Plumbi spl. 80,0
[3] Resinae Pini 20,0
Ferri oxydati fusci 10,0.
M. l. a. Conf. Empl. Ferri, p. 251.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0272-7

**Emplastrum Martis cum Galbano.**

Rp. Emplastri martialis 50,0
Mastiches pulveratae 15,0
Galbani dep. 3,0.

Liquando agitandoque commisceantur.

**Emplastrum Matris album.**

Empl. Lithargyri molle *Ph. Germ.* *Weisses Mutterpflaster.*

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 60,0
Adipis suilli 40,0
Sebi taurini
Cerae flavae $\widehat{aa}$ 20,0.

Liquando mixta in tabulas effundantur. *Ph. Sax.* Emolliens, defendens.

**Emplastrum Matris Sieboldi.**

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 60,0
Cerae flavae
Sebi taurini $\widehat{aa}$ 22,5.

Coquantur inter agitationem, donec colorem fuscum adipiscantur. Infunde in cistas e lamina alba confectas.

**Emplastrum Meliloti.**

Paretur aequali modo quo Emplastrum Belladonnae vel Empl. Conii *Vis.:* emolliens, discutiens.

*Ph. Austr.* Colophon. 20, Cerae flav. 40, Ol. Oliv. 20. — Ammoniaci 5 et Tereb. Venet. 12,5. — Hb. Melilot. 30, Hb. Absinth., Flor. Chamomill. vulg., Fruct. Lauri ana 2.

**Emplastrum Meliloti colatum.**

Rp. Resinae Pini Burg. 30,0
Sebi taurini
Cerae flavae $\widehat{aa}$ 20,0
Florum Meliloti citrini 4,0
Pulveris tinctorii viridis 0,66.

Leni calore digerantur per aliquot horas, dein colentur et post refrigerationem in magdalides redigantur. Emolliens, digerens, resolvens.

**Emplastrum Meliloti compositum.**

Rp. Emplastri Meliloti 60,0
Sebi taurini
Terebinthinae
Cerae flavae $\widehat{aa}$ 2,5.

Liquatis admisce
Florum Chamomillae
Radicis Iridis Florentin.
Radicis Althaeae $\widehat{aa}$ 3,75
Croci 1,25

antea in pulverem subtilem redacta. Post lenem digestionem e refrigerata massa magdalides formentur.

**Emplastrum Minii camphoratum**
*Ph. Dan.*

Empl. de Nuremberg *Ph. Gall.* Empl. Minaceo-camphoratum *Ph. Gall.* Empl. Kjöngii.

Rp. Olei Olivarum 70,0
Minii praep. 40,0.

Coquantur, donec colorem fuscum accipiant, et refrigeratis addantur
Camphorae 5,0
Olei Petrae 1,25

antea subacta. Irritans, maturans.

*Ph. Gall.* Empl. Plumbi spl. 60,0, Cerae flav. 30,0, Ol. Oliv. 10,0, Minii pp. 15,0, Camphorae 1,2. Magdalides vel in forma tabulae.

**Emplastrum Minii rubrum.**

Rp. Sebi taurini 50,0
Cerae flavae 60,0
Olei Olivae 20,0
Terebinthinae Venet. 10,0.

Liquatis semirefrigeratis admisce
Minii praep. 50,0
Camphorae 2,0

cum
Olei Olivae 20,0

contrita.

Bene mixta, fere refrigerata in magdaleones malaxentur. Irritans, maturans.

**Emplastrum miraculosum**
Rademacheri et Waltheri.

Rp. Emplastri fusci camphorati 190,0



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0273-3
DFG

Aluminis usti subt. pulv. 1,0
Succini praep. 3,0.

Liquata et mixta in capsulas effunde. *Usus.* Ad decubitum, abscessus varios suppurantes, ulcera maligna.

**Emplastrum narcoticum.**

Rp. Extracti Hyoscyami
— Belladonnae
— Conii āā 3,0
Solutionis Gelatinae concentratae 90,0.

Leni calore mixta ope penicilli in telam expansam bombycinam nigram saepius deinceps transferantur atque expandantur. Telam siccatam loco sicco in theca e lamina ferrea alba confecta serva

*Effectus et Vis:* resolvens, sedans, suppurationem leniter excitans.

**Emplastrum narcoticum commune.**

Rp. Emplastri Belladonae
— Conii
— Hyoscyami āā *P.*

M. *Vis:* resolvens, sedans.

**Emplastrum Olei Crotonis.**

Rp. Emplastri Plumbi comp. 8,5
Olei Crotonis 1,5.

Leni calore misceantur. Valde irritans.

**Emplastrum opiatum.**

Empl. cephalicum s. Opii.

Rp. Terebinthinae comm. 75,0
Cerae flavae 25,0
Elemi 40,0.

Calore balnei vaporis liquatis colatisque admisce

Olibani pulv. 40,0
Benzoës pulv. 20,0
Opii pulverati 10,0
Balsami Peruviani 5,0.

Fiat emplastrum, quod in cistam e lamina ferrea confectam infundatur. *Vis* anetica, dolores sedans.

*Ph. Brit.* Opii pulv. 1,0, Emplastri resinosi 9,0. M.

**Emplastrum oxycroceum.**

Empl. Galbani rubrum. *Safranpflaster,*

Rp. Cerae flavae 50,0
Colophonii 100,0.

Colliquatis et colatis adde

Ammoniaci pulv.
Galbani pulv. āā 25,0

antea calore balnei vaporis in

Terebinthinae Venet. 25,0

soluta. Postremum immisce pulverem subtiliorem e

Croci Spiritu irrorati 15,0
Masticheś
Olibani āā 30,0

commixtum, ut fiat emplastrum e rubro fuscum, quod in magdaleones redigatur. *Ph. Austriaca.*

Discutiens, dissolvens, leviter irritans, roborans, maturans.

**Emplastrum oxycroceum venale.**

Empl. Herniariae. Empl. ad Hernias. *Ochsenkreuzpflaster.* *(Ad us. mercat.)*

Rp. Resinae Pini 200,0
[1] Cerae flavae 65,0
Sebi taurini 40,0.

Liquatis admisce

Capitis mortui praep. 10,0
Boli Armenae pulv. 20,0.

Fiat emplastrum, aquae ope in magdaleones malaxandum. Praescriptio haec commendatur.

Rp. Resinae Pini 240,0
[2] Cerae flavae 160,0
Colophonii 80,0
Sebi ovilli 40,0.

Liquatis paulatim admisce inter agitationem.

Orleanae 20,0

antea cum

Spiritus V. rectfss. 40,0

optime contrita.

Haec mixtio post aliquod tempus pallescit.

**Emplastrum contra Perniones** (Rustii).

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 20,0.

Leni calore liquatis immisce

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0274-9
DFG

Balsami Peruviani 5,0 et
Camphorae tritae 1,25,
quae antea in Olei Olivarum paulo soluta sunt. Mixtione peracta adde
Opii subt. pulv. 1,25.

**Emplastrum phenylatum.**

Empl. Acidi carbolici.

Rp. Cerae flavae
Resinae Pini $\widehat{aa}$ 10,0.
Liquando mixtis et semirefrigeratis adde
Acidi carbolici cryst. 2,0.
Mixtione conterendo peracta affunde
Emplastri Plumbi simpl. 10,0
antea liquata.

**Emplastrum Picis Canadensis.**

*Hemlock Pitch Plaster.*

Rp. Resinae Canadensis 90,0
Cerae flavae 10,0.
Misce calore modico. *Ph. U. St.*

**Emplastrum Picis irritans.**

Empl. piceum irritans. Empl. Picis fortius.

Rp. Emplastri Picis simpl. 20,0
Euphorbii pulv. 2,0.
M. l. a. *(Ph. Wrtb.)*

**Emplastrum Picis liquidae.**

*Pech- oder Theerpflaster.*

Rp. Picis liquidae 40,0
Cerae flavae 20,0
Resinae Pini 2,5.
Liquentur leni calore, ut fiat emplastrum, quod semirefrigeratum hieme in capsulas e lamina alba confectas et antea charta humectata extersas, aestate in capsulas e charta glutinata confectas aut in ollam effundatur. *(Suppl. Ph. Bor. Schachtii.)* Leviter irritans, rubefaciens.

**Emplastrum Picis liquidae compositum.**

*Compound Tar Plaster.*

Rp. Resinae Pini 50,0
Picis liquidae 40,0
Radicis Podophylli pulv.
Radicis Phytolaccae (decandrae) pulveratae
Rhizomatis Sanguinariae (Canadensis) pulverati $\widehat{aa}$ 10,0.
Leni calore liquando commixta in cylindros forma, qui in scatula metallica servandi sunt.

*Gichtpflaster. Rheumapflaster.*

Rp. Resinae Benzoës depuratae 20,0
Resinae Pini 30,0
Picis liquidae 50,0
Lanolinae anhydrae 10,0
Cerae flavae 60,0.
Leni calore colliquatis admisce
Olei Citri
Olei Bergamottae
Olei Lavandulae
Olei Rorismarini $\widehat{aa}$ 3,0.
In scatulas metallicas effunde. In Germania adhibetur.

**Emplastrum Picis s. piceum.**

Empl. picatum *Ph. Gall.* Empl. Burgundicum. Empl. Picis simplex. Empl. Picis Burgundicae.

Rp. Resinae Pini Burgund. *P.* 3
Cerae flavae *P.* 1.
Leni calore liquentur et in cistulas papyraceas vel e lamina ferrea confectas infundantur. *Ph. Gall.*
*Nota:* Conf. Ceratum Resinae Pini.
*Ph. Brit.* Resin. Burg. 26,0, Olibani 13,0, Resinae Pini, Cerae flav. ana 4,5, Olei Nucistae 1,0, Olei Oliv. 2,0 Aquae 2,0.
*Ph. Neerland.* Colophon. 9, Picis solidae 14, Cera 10.

**Emplastrum Pissieri.**

*Krebspflaster.*

Rp. Olei Lini 100,0
Minii subt. pulv.
Cerussae $\widehat{aa}$ 25,0.
Inter agitationem coque, donec emplastrum effectum sit, tum l. a. admisce
Cerae flavae 25,0
Terebinthinae 100,0
Opii pulv. 5,0.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0275-5 DFG

### Emplastrum Plumbi compositum.

Empl. Lithargyri comp. Empl. Diachyli compos. Empl. gummosum s. gummiresinosum. Empl. Galbani *Ph. Brit.* Empl. Galbani compositum. Empl. ammoniaco-galbanicum *Ph. Fenn. Zugpflaster. Gummipflaster.*

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 250,0
Cerae flavae 30,0.

Liquatis admisce

Ammoniaci depurati
Galbani dep. aa 20,0

digerendo agitandoque soluta calore balnei vaporis in

Terebinthinae commun. 20,0.

Fiat emplastrum, quod in magdaleones redigatur. *(Ph. Germanica.)*

*Vis* adhaerens, defendens, digerens, maturans (abscessus, furunculi, vulnera).

*(Ad usum mercat.)*

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 1000,0
Cerae flavae 125,0
Resinae Pini 60,0
Sebi taurini 22,5.

Liquatis et quodammodo refrigeratis inter agitationem admisce

Ammoniaci dep. 20,0
Galbani dep. 80,0
Terebinthinae comm. 120,0
Aquae 60,0

antea digerendo per aliquot horas calore balnei vaporis et agitando optime mixta, atque calida, dein

Ochrae fusc. praep., subtilissime contritae 30,0 vel 40,0.

Fiat emplastrum, in magdalides, aquae ope, malaxandum.

*Nota:* Hieme adde Sebi taurini 30,0.

### Emplastrum Plumbi jodati.

Empl. Plumbi Jodidi *Ph. Brit.*

Rp. Plumbi jodati 10,0
Empl. Plumbi spl. 80,0
Resinae Pini 10,0.

Misce l. a. *Ph. Brit.* (*Us.* Bubones, oscheophyma, adenophyma.)

### Emplastrum Plumbi simplex.

Empl. Lithargyri s. Diachylon simplex. Empl. simplex. *Bleipflaster. Lead Plaster.*

Rp. Olei Olivarum
Adipis suilli aa 600,0
Aquae destill. 30,0.

In ahenum cupreum amplum, ad tertiam partem replendum, immissa leni igne calefac usque ad calorem 100° C. aequantem vel donec crepitare incipiant. Tum adde

Lithargyri praep., nuper per cribrum trajecti, a Minio et Plumbo metallico, quantum fieri potest, liberi 600,0.

Coque leni igne inter perpetuam agitationem et pauxillum

Aquae calidae

subinde (si spuma massae ebullientis collabitur) instillando, ad justam emplastri consistentiam. Malaxa aquae ope in magdaleones. *(Ph. Germanica.)*

### Emplastrum Raparum

(fuscum s. universale).

*Universalpflaster.*

Rp. Olei Olivarum 100,0
Minii subt. pulv. 84,0
Aquae 25,0.

Inter agitationem coque, donec colorem subfuscum adepta fuerint.
Tum adde

Resinae Pini
Cerae flavae aa 30,0
Terebinthinae Venetae 15,0.

Mixtioni liquando peractae immisce

Camphorae 6,0
Saponis Hispanici pulv. 25,0.

Massa in cistas vel scatulas fundatur.

### Emplastrum Resinae

*Ph. Brit.*

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 40,0
Resinae Pini 5,0.

Liquatis admisce

Saponis stearinici pulv. 2,5.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0276-1
DFG

**Emplastrum resinosum**
s. agglutinans.

Rp. Resinae Piai 25,0
Elemi 5,0
Terebinthinae Venetae
Olei Olivarum aa 3,0
Cerae flavae 2,5.

Liquefacta colentur et in scatulas ligneas fundantur.

*Ph. Neerl.* (Empl. adhaesivum). Empl. Plumbi 35, Coloph. 6, Terebinth. 1.

**Emplastrum resolvens.**
*Emplâtre résolutif; Emplâtre des quatre fondants.*

Rp. Emplastri saponati
— Conii
— Plumbi compositi
— Hydrargyri aa *P.*

Leni calore liquatae agitando misceantur. *Ph. Gall.*

**Emplastrum resolvens camphoratum.**

Rp. Emplastri Plumbi comp.
— Meliloti aa 25,0.

Leni calore colliquatis et ad 45—50° C. refrigeratis addantur
Camphorae tritae 1,25.

Bene commixta massa in papyraceas capsulas infundatur.

**Emplastrum ad Rupturas nigrum.**
Emplastrum oxycroceum nigrum.
*(Ad us. mercat.)*

Rp. Resinae Pini 200,0
Cerae flavae 100,0
Picis nigrae 50,0
Sebi taurini 30,0.

Colliquatis admisce
Eboris usti opt. praep. 20,0.

Fiat emplastrum aquae ope in magdaleones malaxandum.

**Emplastrum ad Rupturas rubrum.**
Empl. ad Rupturas.

Rp. Cerae flavae 25,0
Resinae Pini 15,0
Sebi taurini 10,0
Terebinthinae comm. 10,0.

Colliquatis immisce
Boli rubrae laevigatae 10,0.

Semirefrigerata in magdaleones redige.

**Emplastrum saponatum**
s. saponaceum.

Empl. Hjaerneri. Empl. Barbetti. Empl. Pumbi saponatum.

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 120,0
Cerae flavae 20,0.

Calore balnei vaporis colliquatis inter agitationem admisce
Saponis Hispan. pulv. 10,0
Camphorae Olei Olivar. pauxillo (8,0) solutae 2,0.

Fiat emplastrum tenax, albidum, non lubricum. Fiant magdaleones. *Ph. Austr. Vis.:* resolvens, emolliens.

*Ph. Gall.* Camphoram omittit.

*Ph. Brit.* Sapon. 60, Empl. Plumbi 360, Resin. Pini 10.

Hoc emplastrum propter Camphoram admixtam interdum nominatur:

**Emplastrum camphoratum**

s. Empl. saponatum camphoratum.

Emplastrum Hjaerneri *Ph. Fenn., Suec.*
Empl. saponaceo-plumbicum.

Rp. Saponis Hispanici pulv. 21,0
Olei Olivarum 90,0.

Mixtis adde
Cerussae plumbicae 18,0
Minii praeparati 36,0.

Quando supra ignem coctione soluta fuerint ac massa colorem castaneum duxerit, huic demum admiscentur
Terebinthinae Venet. 3,0.

In magdalides crassiores supra tabulam oleo Olivar. unctam formatur emplastrum. *Ph. Suecica.* Vis paullum irritans, resolvens (tumores, arthritis, rheuma, morbus pulmonum, viscerum abdominalium).

**Emplastrum Saponis fuscum.**

Emplastrum Cerati Saponis. *Ph. Brit.*

Rp. Saponis pulv. 10,0
Cerae flavae 12,5
Ol. Olivar. 20,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0277-7 DFG

Plumbi oxydati 15,0
Aceti crudi 160,0.
Primum plumbum oxydatum cum aceto coquatur inter agitationem, postea sapo addatur et evaporatio peragatur, deinde addantur cera, oleum etc. *Ph.Brit.*

**Emplastrum Schiffhauseni.**

Rp. Olei Olivae *P.* 40
Cerussae plumbicae
Minii pulv. aa *P.* 13.
Coque, donec massa colorem fuscum adepta fuerit. Tum admisce
Saponis Veneti pulv. *P.* 10
Camphorae tritae *P.* 3.
(In rheumate, neuralgia adhibetur.)

**Emplastrum sticticum.**

Emplastrum stypticum.

Rp. Cerae flavae
Resinae Pini
Picis nigrae aa 100,0
Sebi taurini 25,0.
Colliquata in magdaleones redigantur. (*Ph. Dan.*)

**Emplastrum sticticum Crollii.**

(Empl. defensivum rubrum *Ph. Dan.* 1840.)

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 360,0
Cerae flavae 20,0.
Colliquatis admisce
Terebinthinae Venetae
Olibani pulv. aa 20,0
Colcotharis Vitrioli praep. 30,0.
Fiant magdaleones.

**Emplastrum stomachale Berolinense.**

Rp. Emplastri Plumbi simpl.
— Cerussae
Cerae flavae aa 40,0
Olei Rorismarini 5,0
— Menthae crisp. 3,0.
M. l. a. Fiant magdaleones.

**Emplastrum sulfuratum.**

Empl. Diasulfuris Rulandi. Empl. nigrum Bechholzii.

Rp. Resinae Pini 25,0
Asphalti subt. pulv.
Galbani dep. pulv.
Aquae aa 10,0.
Inter agitationem calore balnei vaporis liquando mixtis adde
Olei Lini sulfurati 20,0
Camphorae tritae 2,5
antea cum
Olei Terebinthinae 10,0
contrita. Agita, ut fiat massa aequabilis, quam in ollam effundas et in ea asserves.

In *Schachtii suppl. Ph. Bor.* notatum:

Rp. Colophonii 45,0.
Liquatis et semirefrigeratis admisce
Myrrhae pulv.
Asphalti pulv. aa 10,0.
Tum adde
Ammoniaci depurati
Galbani depurati
Sagapeni dep. aa 10,0
in
Terebinthinae comm. 15,0
calore balnei vaporis soluta. Tum inter agitationem admisce
Olei Lini sulfurati
Olei Terebinthinae sulfurati aa 20,0
et sub finem
Camphorae in Olei Olivar. pauxillo solutae 3,75.
Fiat emplastrum nigrum, molle.

**Emplastrum Tartari stibiati.**

Empl. stibiatum.

Rp. Cerati Resinae Pini 8,5
Tartari stibiati subtilissime pulv. 1,5.
M. Paretur, quoties usus poscit.
(Irritans, rubefaciens, pustulans.)

Formula magistralis Berolin.

Rp. Emplastri Plumbi comp. 60,0
Tartari stibiati subtilissime pulv. 15,0.
M.

**Emplastrum contra tineam.**

Empl. contra favum. *Grindpflaster*

Rp. Resinae Pini Burg. 160,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0278-3 DFG

Olei Olivarum 15,0.
Colliquatis immisce
Farinae triticeae 45,0.
Effunde in cistulas papyraceas et massam refrigeratam in taleolas disseca. Sit coloris subfusci. *(Suppl. Ph. Bor. Schachtii.)*

**Emplastrum de Tribus.**

Rp. Emplastri mercurialis
— Conii
— Meliloti $\widehat{aa}$ *P.*
M. l. a.

**Emplastrum contra Tussim** convulsivam.

*Keuchhustenpflaster.*

Rp. Resinae Pini 120,0
Cerae flavae 65,0
Picis nigrae 15,0
Sebi taurini 5,0.
Liquatis adde
Opii pulverati 10,0.
Semirefrigeratis admisce mixtionem e
Camphorae
Olei Caryophyllorum
— Menthae piperitae
— Thymi
— Rorismarini
— Cassiae cinnam. $\widehat{aa}$ 1,0
paratam.

*Usus.* Tenuiter supra linteum, forma palmae minoris, extensum scrobiculo cordis (anticardio) applicatur. Septimo quoque die emplastrum recens paratum adhibetur; curatio medicamentis laxativis subinde sumendis adjuvatur.

Emplastrum contra Tussim Gölisii.

Rp. Gummi Arab. 9,0, Theriac., Rad. Beladonn., Tinct. Opii croc. $\widehat{aa}$ 2,0, Mellis q. s.

M. f. massa, quae supra linteum extensa praecordiis applicatur.

**Emplastrum universale Styriae.**

*Hofrathpflaster.*

Rp. Cerae flavae 35,0
Butyri recentis
Terebinth. Venetae $\widehat{aa}$ 30,0.
Colliquatis immisce
Myrrhae pulv.
Aluminis usti $\widehat{aa}$ 5,0
antea conterendo mixta. Postremo adde
Camphorae tritae 4,0
Croci pulverati 0,3.
Semirefrigerata infunde in capsulas e lamina alba confectas etc. Si hoc emplastrum ad manum non habeas, empl. fuscum camphoratum dispensa (ad usum mercatorium).

**Emplastrum vermifugum.**

*Wurmpflaster.*

Rp. Cerae flavae 100,0
Resinae Pini
Terebinthinae $\widehat{aa}$ 25,0.
Liquatis admisce
Herbae Sabinae
Radicis Asari $\widehat{aa}$ 15,0
antea in pulverem subtilem redacta. Dein adde agitando liquorem commiscendo solvendoque leni calore paratum ex
Aloës pulveratae 20,0
Extracti Colocynthidis 10,0
Olei Absinthii aeth. 2,0
Spiritus V. alcoholisati 20,0.
Digere, donec Spiritus ex parte vaporatione consumptus fuerit. Massa agitata in scatulas e ferro stannato confectas immittatur.

Emplastrum supra linteum extensum abdomini applicetur.

**Emplastrum vesicatorium Drouoti.**

Empl. (s. Taffetas s. Sericum) vesicatorium s. epispasticum Americanum *Ph. Hamb.* Empl. Mezerei cantharidatum. Taffetas vesicans. Empl. Drouoti.

Rp. Cantharidum pulv. 30,0
[1] Carbonei sulfurati 60,0.
Post macerationem in vas deturbatorium immissa
Carbonei sulfurati 120,0
affundendo eluantur, tum massa, quam vas deturbatorium continet, supra orbem porcellaneum extensum, calore non adhibito, siccetur. Quo facto his Cantharidibus pulveratis affunde
Aetheris acetici 90,0.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0279-1

Macera per dies octo, exprime et liquorem filtra. Pulveri residuo post expressionem superfunde tincturam, leni digestione paratam e

Corticis Mezerei minutim conc. 10,0
Aetheris acetici 40,0.

Macera denuo per tres dies, tum fortiter exprimendo cola. Colatura filtrata cum priore tinctura e Cantharidibus ope Aetheris acetici effecta misceatur. In mixtura sic obtenta solve

Sandaracae 3,0
Mastiches 5,0
Terebinthinae Venet. 0,5
Balsami Copaivae 0,3.

Hac solutione penicilli ope iterum iterumque aequaliter illinatur

Tela bombycina nigra *(Taffent)*,

quae antea solutione colata, parata ex

Ichthyocollae 18,0
Aquae 180,0
Spiritus V. rectfss. 40,0

ope penicilli ter oblita, dein siccata est.

Ad obducendam

Telam bombycinam centimetrorum quadrat. circiter 3000

sufficiat

Solutionis epispasticae tantum,

quantum ex Cantharidum 30,0 Grammatis paratum est.

*Signa:* Ante applicationem latus nitidum emplastri Spiritu Vini humectetur.

Rp. Cantharidum grosso modo
[2] pulverat. 30,0
Corticis Mezerei concisi et contusi 10,0
Aetheris acetici 100,0.

Macera saepius agitando per octo dies et exprime. In liquore filtrato solve

Sandaracae 4,0
Elemi
Colophonii $\widehat{aa}$ 2,0.

Haec solutio penicilli ope telae bombycinae magnitudine trium millium centimetrorum quadratorum expansae illinatur, quae antea solutione e

Collae piscium 20,0
Aquae destillatae 200,0
Spiritus 50,0

parata obducta est. *(Ph. Germanica.)*

*Usus:* Plerumque lamella haec pone auriculam agglutinatur (dolor dentium, cephalalgia).

## Emplastrum de Vigo cum Mercurio.

Empl. cum Hydrargyro *Ph. Gall.* *Emplâtre mercuriel Ph. Gall.*

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 200,0
Cerae flavae
Resinae albae $\widehat{aa}$ 10,0
Ammoniaci subt. pulv.
Olibani subt. pulv.
Myrrhae sbt. pulv. $\widehat{aa}$ 4,0.

Leni calore liquatis, mixtis et semirefrigeratis admisce

Croci subt. pulv. 2,0.

Dein adde

Hydrargyri vivi 60,0

antea diligenti agitatione cum

Terebinthinae laricinae 10,0
Styracis liquidi 30,0
Olei Lavandulae 1,0

extincta. Agita, dum mixtio refrigerat, et emplastrum malaxando in magdaleones redige.

*Ex tempore.*

Rp. Emplastri Hydrargyri 30,0
— Plumbi comp.
— oxycrocei
Cerae flavae
Styracis liquidi $\widehat{aa}$ 2,5
Olei Lavandulae *Gutt.* 5.

Liquando agitandoque in lebete ferreo misceantur.

## Emplastrum de Vigo sine Mercurio.

Loco Empl. ranarum Vigonis.

Rp. Emplastri Plumbi comp. 60,0
Emplastri Conii 10,0
Olei laurini unguinosi
Cerae flavae $\widehat{aa}$ 5,0.

Colliquatis admisce

Radicis Helleb. viridis
Olibani
Sandaracae
Myrrhae $\widehat{aa}$ 2,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0280-1 DFG

Camphorae 0,25
antea in pulverem subtilem commixta. Dein adde
Styracis liquidi 1,0.

**Emplastrum volatile.**

Empl. Kirklandii. *Emplâtre volatil ou fondant.*

Rp. Emplastri Plumbi simpl. 20,0
Resinae Pini
Cerae flavae $\widehat{aa}$ 5,0.
Liquatis et semirefrigeratis admisce
Saponis Hispan. pulv. 10,0
Ammonii muriatici subt. pulverati 3,0.

*Usus:* contra humores albos, indurationes.

**Emplastrum vulnerarium Listeri.**

Rp. Emplastri phenylati q. v.

*Usus:* Hoc emplastrum vulneri, quod tela bombycina Aqua phenylata madefacta obtectum est, superimponitur.

**Emplastrum Zinci.**

Rp. Cerussae zincicae (Zinci oxydati venalis) 10,0
Olei Olivar. Prov. 15,0.
Conterendo exacte mixtis adde
Olei Olivar. Prov. 25,0
Acidi stearinici 40,0
Cerae flavae 10,0.
Inter agitationem calefiant, donec in massam aequabilem coiërint. Dein sensim instilla inter agitationem
Aquae destill. 5,0.
Malaxando fiat emplastrum, in magdalides formandum.

Rp. Saponis oleïnici q. v.
Solve in
Aquae communis calidae
quantitate 10plici. Solutioni instilla tamdiu liquorem paratum ex
Zinci sulfurici *P.* 1
Aquae communis *P.* 10
quamdiu praecipitatum exoritur, quod aqua bene ablutum et calore leni ab humiditate liberatum loco Emplastri Plumbi simplicis ad Emplastrum Plumbi compositum parandum adhibeatur.

**Emulsio Ammoniaci,**

Asae foetidae, Guajaci etc.

Emulsio Gummi-resinae alicujus. Lac Ammoniaci, Asae foet. etc. Emulsio ammoniacalis.

Rp. Gummi-resinae 10,0
Gummi Arabici 5,0.
In mortario lapideo mixtis inter terendum paulatim adde
Aquae destill. calidae 100,0.
Fiat emulsio, quae post horam dimidiam decanthata dispensetur. Paretur, quoties usus poscit.

**Emulsio Amygdalarum.**

Emulsio amygdalina s. simplex s. communis. Mixtura Amygdalae *Ph. Brit.*

Rp. Amygdalarum dulcium excorticatarum 10,0
Aquae communis q. s.,
ut sint colaturae 100,0.
Fiat l. a. emulsio. Paretur, quoties usus poscit. *Ph. Germanica.*

*Ph. Austr.* Amygd. dulc. decort. 25,0, Sacchari 15,0, Colaturae 250,0.

*Ph. U. St.* Amygd. 6, G. Arab. 1, Sacch. 3, Aq. 100.

*Ph. Gall.* Amygd., Sacch. $\widehat{aa}$ 50,0, Aquae 1000,0.

Eodem modo parentur:

**Emulsio Cannabis sem.**
**— Cucurbitae sem.**
**— Melonum sem.**
**— Papaveris sem.**
**— Pistaciae sem.**

**Emulsio Amygdalarum composita.**

Rp. Amygdalarum dulcium 20,0
Seminis Hyoscyami 5,0.
Fiat cum
Aquae Amygdal. dilut. 320,0
l. a. emulsio. Colaturae adde
Sacchari albi 30,0
Magnesiae ustae 5,0.
Paretur, quoties usus poscit. *Ph. Germanica. Dos:* Cochlear thearium singulis horis vel cochlearia thearia duo (catarrhus, asthma, phlegmone).

**Emulsio antidiarrhoica**

Van-Swieten.

Rp. Concharum praeparat. 4,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0281-7 DFG

Farinae Hordei sem. 2,0
Extracti Opii 0,15
Aquae destill. 90,0
Elaeosacchari Citri 8,0
Syrupi simplicis 10,0.
M. l. a. S. Cochlear bihorio.

**Emulsio antiphlogistica** contra gonorrhoeam.

*Emulsion gegen Tripper im Entzündungsstadium.* Emulsio papaverina.

Rp. Emulsionis Sem. Papaveris 150,0
Natri nitrici 15,0
Syrupi emulsivi 10,0.
Solve et misce. S. altera quaque hora cochlear unum.

Rp. Emuls. Olei Papaveris 200,0
Natri nitrici
Kali sulfurici $\widehat{aa}$ 10,0
Syrupi Sacchari 25,0.
Solve et misce. S. Altera quaque hora cochlear unum.

**Emulsio Balsami Tolutani.**

Rp. Balsami Tolutani 2,0
Spiritus Vini (90 %)
Tinct. Quillajae $\widehat{aa}$ 10,0
Aq. dest. calidae 78,0.
Balsamum in spiritu solutum cum Tinctura commiscetur, tum cum aqua, hanc paulatim addendo, conquassatur. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

**Emulsio Balsami Copaivae** *Ph. Gall.*
— **Olei Juniperi empyreumatici** *Ph. Gall.*
— **Picis liquidae** *Ph.Gall.*

**Emulsio camphorata.**

Rp. Camphorae tritae 1,0
Gummi Arabici 5,0
Spiritus V. rectfss. *Gutt.* 25.
Conterendo mixtis addantur
Sacchari albi pulv. 25,0,
dein paulatim immisceantur
Emulsionis Amygdalar. 250,0.
*Dos.:* Bihorio cochlear (sedativum in mania, delirio tremente, satyriasi, nymphomania, chorea).
*Ph. Fenn.* Camph. 1,0, Spirit. 2,0, Gummi Arab. 7,0, Emuls. Amygdal. 240,0.

**Emulsio communis** Ph. milit. Bor.

Rp. Amygdalarum dulcium (vel Sem. Cannabis) 20,0
Aquae communis 250,0
Sacchari albi 10,0.
Fiat l. a. emulsio.

**Emulsio Guajaci s. guajacina.**

Mixtura antarthritica Bergeri.

Rp. Resinae Guajaci pulv. 10,0
Gummi Arabici 5,0
Sacchari albi pulv. 15,0
Aquae Menth. pip. 150,0.
Misce l. a., ut fiat emulsio.

**Emulsio gummosa.**

Emulsio Amygdal. gummosa. Emulsio Arabica. Mixtura Amygdalae.

Rp. Emulsionis Amygdal. 90,0
Mucilaginis Gummi Arab. 10,0.
Misce. Paretur, quoties usus poscit.
*Ph. Brit.* Pulv. Amygdalae compositi 10,0, Aquae destill. 80,0. Terendo in emulsionem redacta per pannum musselineum cola.

**Emulsio hydrocyanica.** (*Ph. Suec., Fenn.*)

Rp. Amygdalini 1,3.
Affunde
Emulsionis Amygdal. 100,0.
Macera per horam unam.
*Nota.* Continet 1 HCy in 1500 liquoris.

**Emulsio laxativa Viennensis.**

Rp. Emulsionis Amygdal. 120,0
Mannae electae 40,0
Aquae Cinnamomi 5,0.
Solve et misce l. a.

**Emulsio Moschi** *Ph. Fenn.*

Rp. Moschi pulv. 1,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0282-3 DFG

Sacchari pulv.
Gummi Arab. āā 3,0.
Aquae Rosae 100,0.
Conterendo fiat emulsio.

### Emulsio Olei Morrhuae cum Phosphatibus.

Emulsio Olei Jecoris Aselli phosphaticata. *Emulsion of Cod-Liver Oil with Phosphates.*

Rp. Olei Jecoris Aselli 250,0
Mucilaginis Carrageenicae 100,0
Mucilaginis Acaciae
Glycerinae ana 50,0.
Misce, ut fiat emulsio, quam commisce cum solutione parata e
Calcii phosphorici
Natrii phosphorici āā 10,0
Aquae destillatae calidae 30,0.
Tum adde
Odoramenti et Saporimenti alicujus *Gutt.* 10
solutas agitando in
Spiritus Vini 30,0
Syrupi Balsami Tolutani 50,0.
Emulsio bene agitata sumatur.

### Emulsio Olei Morrhuae lactico-phosphaticata.

Emulsio Jecoris Aselli cum Lacticophosphate.

Rp. Olei Jecoris Aselli 250,0
Mucilaginis Carrageenicae 100,0
Mucilaginis Acaciae
Glycerinae āā 50,0.
Misce, ut fiat emulsio, quam commisce cum
Calcii lactici 15,0
Calcii phosphorici 7,5
Acidi phosphorici (20 %) 10,0
solutis in
Aquae destillatae 30,0.
Postremum admisce mixtionem paratum ex
Odoramenti et Saporamenti alicujus *Gutt.* 10
Spiritus Vini 30,0
Syrupi Balsami Tolutani 50,0.
Emulsio bene agitata sumatur.

### Emulsio Olei Morrhuae maltata.

Emulsio Olei Jecoris Aselli cum Extracto Malti.

Rp. Olei Jecoris Aselli 250,0
Mucilaginis Dextrinae 100,0.
In lagenam ingesta fortiter agita, ut in massam emulsivam transeant, tum admisce
Extracti Malti 200,0,
deinde
Odoramenti et Saporamenti alicujus *Gutt.* 10
solutas in
Spiritus Vini 5,0 (ad 15,0).

### Emulsio oleosa.

Rp. Olei Amygdalar. *P.* 2
Gummi Arabici *P.* 1
Aquae destill. *P.* 17.
Fiat l. a. Emulsio. Paretur quoties usus poscit. *Ph. Germanica.*

Sumantur ad parationem emulsionis Grammatum:

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 10,0 | 50,0 | 60,0 | 100,0 | 120,0 | 150,0 | 180,0 |
| Ol. | 1,0 | 5,0 | 6,0 | 10,0 | 12,0 | 15,0 | 18,0 |
| Gm. | 0,5 | 2,5 | 3,0 | 5,0 | 6,0 | 7,5 | 9,0 |
| Aq. | 8,5 | 42,5 | 51,0 | 85,0 | 102,0 | 127,5 | 153,0 |

*Ph. Austriaca.* Ol. Amygd. 10,0, Gm. Arab. 5,0, Syr. Sacch. 10,0, Aq. 175,0.

*Ph. Fenn.* Ol. Amygd. 2, Syr. Amygd. 1, Gummi Arab. 1, Aq. 6.

*Form. magistr. Berolinens. in usum paup.* Ol. Papav. 16,0, Gummi Arab. 8,0, Syr. Sacch. 16,0, Aq. 160,0.

Ph. milit. Boruss.

Rp. Olei Olivar. Prov. *P.* 2
Gummi Arabici *P.* 1
Aquae communis *P.* 16
Sacchari albi *P.* 1.
Fiat l. a. emulsio. Portio plerumque aestimatur aequalis Grammat. 300, igitur emulge: Ol. 30,0, Gm. Arab. 15,0, Aq. 240,0 et Sacch. 15,0.
Signa. Detur cochlear unum ad duo secunda vel tertia quaque hora.

### Emulsio oleosa concentrata duplex.

*(Ad recepturam.)*

Rp. Olei Amygdalar. 50,0
Gummi Arab. pulv. 25,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0283-9 DFG

Aquae destill. 37,5.
Misce l. a., ut fiat emulsio. Dein adde
Aquae destill. 137,5.
Serva in lagenis obturatis loco frigido, tempore aestatis ne ultra quinque dies. Liquor 250,0 expleat.

### Emulsio Papaveris

vel communis Formul. magistr. Berol. in usum pauperum.

Rp. Seminis Papaveris 15,0
Aquae q. s.
Syrupi Sacchari 15,0.
Fiat emulsio, quae aequet 150,0.

### Emulsio ad Papillas

mammarum sauciarum.

Balsamum mammillare album. *Weisser Brustwarzenbalsam.*

Rp. Olei Amygdalar. 120,0
Gummi Arab. 60,0
Aquae dest. 90,0.
Misceantur l. a, ut fiat emulsio, cui adjicias
Balsami Peruv. 60,0
Gummi Arab. 30,0
Aquae destill. 45,0.
Tum statim bene agitentur, ut in emulsionem coëant. Dein admisce paulatim atque agitando
Aquae Rosae 200,0
Glycerini 100,0
Spiritus V. rectf. 60,0.
Serva in lagenis loco frigido. Emulsio agitata dispensetur.

### Emulsio phosphorata.

Potio phosphorata.

Rp. Olei phosphorati 2,0,
quae continent 0,02 Phosphori soluti,
Gummi Arabici 10,0
Aquae destillatae 15,0.
Conterendo fiat massa emulsiva, cui addantur
Aquae Menth. pip. 123,0
Syrupi Sacchari 50,0.
(Emulsionis Grammata 100 contineant 0,05 Grammatis Phosphori.) *Dos.* Cochlear thearium bis terve per diem (scrophulosis, phthisis) infantibus. *Dosis* pro adulto phthisico: cochlear dimidium secunda vel tertia quaque hora. Cochlear dimidium continet circiter 0,0008 Grammatis Phosphori.

### Emulsio Picis liquidae

(Jeanneli).

Rp. Picis liquidae
Natri carbonici cryst. pulv.
aa 10,0.
Conterendo intime mixta paulatim addendo
Aquae destil. 1000,0
et terendo diluantur. Liquor in lagenam ingestus fortiter conquassetur, tum per horas aliquot sepositus filtretur. *Dos.:* Singulis horis cochlear (catarrhus bronchialis, cystocatarrhus, gastritis).

### Emulsio Picis liquidae mineralis.

Emulsio de Coaltar *Ph. Gall.*

Rp. Tincturae Quillayae coaltareatae *P.* 1
Aquae destill. *P.* 4.
Misce. Quantitas aquae a medico saepe determinatur.

### Emulsio purgativa jalapinata.

*Emulsion purgative avec la résine de Jalap.*

Rp. Resinae Jalapae 0,5
Sacchari albi 5,0.
Conterendo mixta cum
Vitello ovi unius
commisce, tum adde
Sacchari albi 25,0
Aquae destill. 120,0
Aquae Aurantii flor. 10,0.
Fiat emulsio. Ex tempore paretur.
*Dosis:* Uno impetu sumatur (*Ph. Gall.*).

### Emulsio salina

*Ph. Fennicae.*

Rp. Kalii tartarici 3,0
Emulsionis Amygdalar. 85,0
Syrupi Sacchari 12,0.
Misce.

### Emulsio taenifuga.

Rp. Corticis Granati rad. 60,0
Aquae communis 600,0.
Macerentur per noctem unam, tum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0284-5 DFG

ebulliant, ut colaturae sint 300,0. Colatura cum
Olei Ricini 30,0
Gummi Arabici 15,0
ad emulsionem conteratur.

*Usus.* Pridie vesperi harengam acetatam cum bulborum cepae majore copia edas, mane ad horam octavam partem dimidiam emulsionis, tum hora una praeterlapsa alteram partem emulsionis sumas.

**Emulsio taenifuga**
Radius.

Rp. Olei Terebinthinae 20,0
Gummi Arabici 7,5
Aquae Chamomill. 175,0
Aetheris 7,5.

Misce, ut fiat emulsio. S. Agitatione peracta, mane et vespere cochlearia tria sumantur.

**Emulsio terebinthinata.**
*Terpentinölemulsion (Ph. milit. Fenn.)*

Rp. Olei Terebinthin. 5,0
Vitellum ovi unius (v. 20,0)
Syrupi Sacchari 25,0
Aquae dest. 100,0.

M. f. emulsio. (Neuralgia, cystitis.)

**Emulsiones.**

Emulsio ex semine in genere conficiatur ex
Seminis *P.* 1
Aquae destill. q. s.
ad colaturam partium decem (10).

Emulsio ex oleo pingui paretur ex
Olei *P.* 10
Gummi Arab. *P.* 5
Aquae destill. q. s.,
ut pondus emulsionis partes centum (100) expleat (*Ph. Germ.*) vel partes ducentae (200) expleat *Ph. Austr.*

**Enema Aloës.**
Clysma s. clyster Aloës.

Rp. Aloës 2,5
[1] Kali carbonici 1,0
Conterendo mixta solve in
Mucilaginis Amyli 300,0.
*Ph. Brit.*

Rp. Aloës 1,0.
Solve in
[2] Glycerinae 5,0
Aquae 120,0.
Tum admisce
Farinae Hordei 10,0.
S. Enema contra ascarides, oxyures etc.

**Enema amylaceum.**
*Lavement à l'amidon.*

Rp. Amyli 15,0
Aquae frigidae 100,0.
Mixtis inter agitationem adde
Aquae ebullientis 400,0.
*Ph. Gall.*

**Enema analepticum**
Jeannel.
*Stärkendes Klystier.*

Rp. Salep pulv. 1,5
Aquae destill. fervidae 25,0.
In mucilaginem redactis admisce
Extracti Carnis 5,0
Vitellum ovis unius
commixta cum
Aquae destill. 100,0
Vini rubri 30,0—50,0.

Loco Extracti carnis et aquae etiam decoctum carnis adhibere potes.

**Enema anodynum**
Jannel.

Rp. Decocti Althaeae radicis
Aquae destillat. $\widehat{aa}$ 100,0
Tinct. Opii crocat. *Gutt.* 5—20.

Misce. *Us.* Colica nervosa, dysmenorrhoea colica uterina, diarrhoea etc.

**Enema anthelminticum**
(Kempster).

Rp. Acidi carbolici 0,015.
Solve in
Aquae destill. 125,0.
D. S. Enema unum (contra ascarides).

**Enema Asae foetidae.**
Enema foetidum. Enema antispasmodicum.

Rp. Asae foetidae dep. 3,0 (—5,0)
Vitellum ovi unius
Decocti Althaeae rad.
Aquae Chamomillae $\widehat{aa}$ 125,0.

Misce l. a., ut fiat emulsio. Haec quantitas enematis duobus vel tribus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0285-1 DFG

per diem sufficit. *Vis* antispasmodica (colica hysterica, dysmenorrhoea, neuralgia hysterica).

*Ph. Brit.* Asae foet. 2,0 et Aq. dest. 120,0. Conterendo fiat emulsio.

## Enema Asae foetidae compositum.

Enema antispasmodicum (Mialhe).

Rp. Asae foetidae 1,0
Vitellum ovi unius
Kali carbonici cryst. 0,5
Infusi Valerianae rad.
Aquae Valerianae $\widehat{aa}$ 100,0.

M. f. emulsio. Hac copia emulsionis enematis duabus vel enemati uno sufficit. *Vis* ei enematis antehac notati aequalis est.

## Enema commune.

Rp. Crimnorum Avenae (Avenae decorticatae) 5,0
Aquae destillatae 500,0.

Coquantur ad colaturam 300,0, in quibus solvantur

Salis culinaris 10,0.

Tum conquassando admisce

Olei Olivarum 15,0.

## Enema laxativum.

*Lavement laxative.*

Rp. Melliti Mercurialis 100,0
Aquae 400,0.

Misce. *Ph. Gall.*

## Enema laxativum lenius.

*Mildes Laxirklystier.*

Rp. Glycerinae purae 1,5 (—2,0 —3,0)
Aquae destill. 1,0 (—1,5—2,0).

Misce. Quantitas prima sufficit infanti parvo, si opus fuerit, volumine aquae triplice diluta. Quant. secunda infantibus majoribus et tertia adultis sufficiunt. Liquor antea ad 40° C. calefaciendus est.

## Enema Magnesiae sulfuricae.

Rp. Magnesiae sulfuricae 30,0
Mucilaginis Amyli 450,0
Olei Olivarum 28,0.

M. et solve. *Ph. Brit.*

## Enema Nicotianae.

Enema Tabaci.

Rp. Foliorum Nicotianae 1,0
Aquae destill. fervid. 300,0.

Sepone per horae quadrantem et cola.

## Enema Opii.

Rp. Amyli 10,0
[1] Aquae frigidae 25,0.

Mixtis adde

Aquae destill. fervidae 250,0.

Quum in unum coierint, addatur

Tincturae Opii 0,5.

Rp. Tinct. Opii simpl. (10 %) 1,0
[2] Mucilaginis Amyli 60,0.

Misce. *Ph. Brit.*

## Enema purgativum.

*Lavement purgatif Ph. Gall.*

Rp. Fol. Sennae 15,0
Aquae ebullientis 500,0.

Mixta per horam dimidiam seposita cola. In colatura solve

Natri sulfurici 15,0.

## Enema Terebinthinae

(Soubeiran).

Rp. Olei Terebinthinae 15,0 (—30,0)
[1] Vitellum ovi unius.

Conterendo mixta diluantur

Mucilaginis Amyli 300,0.

Rp. Olei Terebinth. 28,0
[1] Mucilag. Amyli 450,0.

Misce. *Ph. Brit.*

*Usus:* Contra ascarides, lumbricos, neuralgias.

## Epithema ad contusiones.

*Quetschungswasser.*
*Umschlag für Quetschungen.*

Rp. Ammonii chlorati 15,0
Aquae 300,0
Aceti 150,0.

Solve et misce. Panni lintei compressi liquore humefaciantur, quibus partes corporis contusas amplectuntur.

## Ergotinum.

Omnia Ergotina, quae adhuc in mercatura proveniunt, postulatis medicorum non conveniunt, quam ob rem Secale cornutum semper praeferendum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0286-7

est. *Dosis:* Secalis cornuti: 0,3—0,5—1,0 bis terve per diem (in morbis chronicis, haemorrhagia uterina, haemoptoe, purpura, cystoparalysi).

Ergotininum *(Tanret)* vel Ergotininum citricum solutum *(Gehe)* a nonnullis medicis non laudatur.

Si medicus Ergotinum praecipit extractum Secalis cornuti (conf. idem) dispensetur.

Paratio Ergotinini et Cornutini, *in pharmaceutischer Post, 1888, Wien, pag. 343,* notata est.

### Esca vulpium.

*Fuchs-Witterung.*

Rp. Camphorae 4,0
Asae foetidae aa 8,0
Zibethi 1,0
Rhizomatis Iridis Florent.
Radicis Valerianae aa 12,0
Seminis Foeniculi 100,0
Olei Anisi 1,0.
M. f. pulvis.

Rp. Olei Oliv. Prov. 50,0
Tincturae Moschi 5,0.
M. Pulvis et liquor simul dentur.

### Eseridinum,

alcaloïdes fabae Calabaricae, Eserino s. Physostigmino ne confundatur. Eseridinum cum quoque acido diluto mixtum calore in Physostigminum venosius transit. Eseridinum anno 1890 inventum est. Modus parandi incognitus.

### Essentia Ananas.

*Ananasessenz.*

Rp. Aetheris butyrici *P.* 10
Spiritus V. rectf. *P.* 100
Essentiae Citri cort. rec.
Essentiae Aurant. cort. rec. aa *P.* 1.
M.

*Nota.* Ad parationem potionum saccharo commiscendo cum hac essentia quantitates parvae Acidi citrici addantur.

### Essentia Anisi.

*Essence of Anise Ph. Brit.*

Rp. Olei Anisi 2,0
Spiritus Vini (90%) 8,0.
Misce. *Dos.:* Gutt. 15—30.

Eodem modo paretur:

### Essentia Menthae piperitae. *Essence of Peppermint Ph. Brit.*

### Essentia antiphthisica

(Retschy).

Rp. Extracti antiphthisici 5,0
Aq. Lauro-Cerasi 20,0.
Solve et misce. S. Ter per diem guttae 30—50 (sudor colliquativus, diarrhoea mucosa).

### Essentia Aurantiorum corticis recentis.

Rp. Corticis Aurantiorum recentis concisi *P.* 1.
Affunde
Spiritus Vini alcoholisati *P.* 5.
Macera per dies tres, exprime et filtra.

Eodem modo paretur

### Essentia Citri corticis recentis.

### Essentia Chinae

Battleyi.

Liquor antineuralgicus Battley.

Rp. Corticis Chinae reg. pulv. 100,0
Sacchari albi
Glycerini aa 15,0
Spiritus Vini rectfss. 100,0
Aquae fervidae 800,0.
Digere per aliquot dies, tum exprime. Liquorem expressum sepone per aliquot dies, dein filtra. Colatura evaporando ad 45,0 redacta commisceatur cum
Spiritus Vini rectf. 5,0
et servetur. *(Arcanum.) Dosis:* Guttae 10—40 ter quaterve per diem unum.

### Essentia Cydoniorum.

Aether pelargonicus dilutus. *Quittenessenz, Cognacessenz.*

Rp. Olei Rutae *P.* 3
Acidi nitrici (pond. sp. 1,185) *P.* 1
Aquae destill. *P.* 4.
Conquassando optime mixtae in cucurbitam vitream ingerantur et ad ebullitionem calefiant. Tum sepone per heb-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0287-3

domadem, primum saepius agitando. Post hoc tempus stratum aquosum inferius l. a. separa et, leniter calefaciendo maxima parte Acidi nitrici adhaerentis evaporata, cum

Spiritus V. alcohol. *P.* 10

commisce. Sepone loco tepido (20—30° C.) per 4 hebdomades, tum destillando elice *P.* 11—12.

### Essentia depuratoria Lemoine.

Essentia horologii. *Essence Lemoine. Uhrenessenz.*

Rp. Benzoli lithanthracini puri 100,0
Olei Bergamottae
Olei Naphae āā *Gutt.* 3.

Misce. *Usus*: Ad depurationem machinarum horariarum.

### Essentia Fragorum.

*Erdbeeressenz.*

Rp. Essentiae pyreo-aethereae *P.* 1
— Iridis Florentinae *P.* 3.

M.

### Essentia fumalis.

Tinctura fumalis. *Räucheressenz. Räucherbalsam.*

Bp. Tincturae Benzoës 40,0
[1] Olei Bergamottae
Balsami Peruv. āā 10,0
Styracis liquidi
Olei Citri corticis
— Caryophyll. āā 5,0
— Neroli 3,0
— Lavandulae
— Cassiae cinn. āā 1,0
Moschi 0,06
Spiritus V. rectfss. 50,0.

Mixta stent per aliquot dies, tum filtrentur.

*Usus:* Laminis ferreis calefactis infunditur vel parva copia in cuniculum fornacalem calidum injicitur.

Rp. Balsami Peruviani 20,0
[2] Tincturae Benzoës 80,0
Aquae Coloniensis 120,0
Acidi acetici conc. 5,0
Tincturae Moschi 0,5.

M.

Rp. Corticis Cascarillae
[3] Seminis Amomi
Olibani āā 40,0
Benzoës 120,0
Styracis liquidi
Nucum moschat. āā 60,0.

Contusis affunde

Spiritus V. rectfss. 2500,0.

Digere per biduum, tum exprimendo cola. Colaturae admisce

Olei Caryophyllorum
— Cassiae cinnamomeae
— Bergamottae
— Citri corticis
— Lavandulae
Balsami Tolutani
Balsami Peruviani āā 10,0.
Moschi 0,05.

Sepone per aliquot dies et saepius agita, tum filtra.

### Essentia Iridis Florentinae.

Rp. Radicis Iridis Florentinae optimae concisae *P.* 1
Spiritus Vini rectfss. *P.* 6.

Immitte in vas destillatorium et elice calore balnei vaporis *P.* 5, quae superfundas

Radicis Irid. Flor. concis. *P.* 1.

Macera per aliquot dies, exprime et filtra.

### Essentia ad Limonadam.

*Limonadenessenz.*

Rp. Acidi citrici 10,0
Sacchari albi 150,0
Essent. Citri cort. recentis 2,5
Aquae Naphae 25,0
Aquae destillatae 100,0
Spiritus Vini rectfss. 25,0.

L. a. e Saccharo syrupus efficiatur, cui substantiae aliae addantur. Si opus est, liquor filtretur.

### Essentia Malorum Gallicorum.

*Renettenessenz.*

Rp. Essentiae pireo-aeth. *P.* 20
Aetheris valerian. *P.* 1—2.

M.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0288-9

**Essentia pireo-aetherea.**
Oleum Pirorum. *Pear-oil. Birnenöl. Birnenessenz.*

Rp. Amyloxydi acetici *P.* 30
Aetheris acetici *P.* 3
Spiritus V. rectf. *P.* 167.
M.

*Nota.* Ad parationem potionum saccharo commiscendo cum hac essentia, quantitates parvae Acidi citrici addantur.

**Essentia pomata-aetherea.**
Oleum Pomorum. *Apple-oil. Aepfelöl. Aepfelessenz.*

Rp. Amyloxydi valerianici *P.* 1
Spiritus V. rectfss. *P.* 7.
M.

*Nota.* Cf. notam sub Essent. pireoaetherea.

**Essentia Prunorum Brigantiacorum.**
*Reineclaudenessenz.*

Rp. Essentiae pireo-aeth. *P.* 300
Aquae Amygdalarum amar. concentratae *P.* 20
Olei Bergamottae *P.* 1.

Mixtae stent per aliquot dies, dein filtrentur.

**Essentia Ribium rubrorum.**

Rp. Essentiae Rubi Idaei *P.* 200
— pireo-aeth. *P.* 100
— cort. Citri rec. *P.* 5.
Misce.

**Essentia Rubi Idaei.**
*Himbeeressenz.*

Rp. Essentiae Irid. Flor. *P.* 25
Aquae Rubi Id. decupl. *P.* 100
Essentiae Ananas *P.* 5.
Misce.

**Essentia Sarsaparillae (v. Arnim).**
*Sassaparillessenz.*

Rp. Rad. Sarsaparillae 100,0
Aquae destill. 1800,0.

Coque per horam dimidiam, tum post horas duas exprimendo cola. Colaturam deinde per chartam filtratam evapora usque ad 90,0, quibus

Spiritus Vini Gallici 10,0

admisce. *Dosis:* Bis quaterve per diem cochlear repletum commixtum cum infuso Theae St. Germain vel fol. Sennae. Cochlear repletum solubile radicis Sarsap. 15,0 continet.

**Eucalyptolum.**
Eucalyptolum $C_{20}H_{18}O_2$.

Rp. Olei Eucalypti globuli q. v.

[1] Destillationi refractae subjice et liquorem calore inter 169 et 180° C. transitum in balneum glaciale impone, cujus temperatura — 5° ad — 10° (frigoris) applicat. Post horam unam congelatio finita est. Tum partem liquidam ab massa congelata defunde. Haec massa congelata Eucalyptolum repraesentat et calore 1° C. liquescit. Sit liquor limpidus odoris camphorei menthalis, pd. sp. 0,940. Servetur in lagenis parvis, plane repletis et dense obturatis, loco a luce remoto. *Dosis:* 0,2—0,3—0,4 quater quinquiesve per diem (catarrhus, inflammationes in thorace, asthma, blennorrhoea, bronchitis etc.). Ad inhalationes praecipue adhibetur. Desinficiens et anodinum ad vulnera (1,0:5,0 adip. vel olei pinguis).

Rp. Olei Eucalypti q. v.
In balneum refrigeratorium (—10°) impone et

[2] Acidum hydrochloricum gasiforme

tamdiu induc, donec pars olei dimidia in massam crystallinam transierit. Hanc massam, liquorem defundendo, separa et in aquam fervidam ingerendo liquatam agita, tum decantha et denuo cum aqua fervida conquassa, ut ab acido hydrochlorico liberetur. Deinde destillationi subjice et partem calore 170—180° C. transeuntem collige. Pd. sp. 0,930—0,940.

**Eulyptolum.**
Antiseptolum. *Eulyptol (Schmeltz).*

Rp. Acidi salicylici 60,0
Acidi carbolici cryst. 10,0.
Conterendo mixtis adde
Olei Eucalypti 10,0

et denuo contere, ut fiat massa aequabilis. Massa in Spiritu, Aethere, Chloro-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0289-6
DFG

formio solubilis, in aqua insolubilis. In miscela spiritus et glycerinae āā solubilis, etiam in liquore Ammonii caustici et liquoribus alcalium causticorum. Antifermativum et antisepticum.

*Dos. intern.:* 1,0–1,5–2,0 bi- — trihorio (antiphlogisticum, arthritis rheumatica). In curatione vulnerum Jodoformio, Sublimato corrosivo, Phenolo hoc Eulyptolum praefertur.

**Evonymina.**

Evonyminum. Euonyminum.

Paretur e cortice Evonymi atropurpurei (Americani) *Jacquin.*

Tinctura spirituosa concentrata corticis cum aqua miscetur. Praecipitatum inde exortum siccatum in pulverem, terendo in mortario porcellaneo, redigitur.

Evonyminum fuscum
e cortice radicis,
Evonyminum viride
e cortice ramorum comparantur. Constant ex oleo aethereo et resina. Antihydropica, purgativa. In morbis hepaticis saepius adhibentur. *Dosis:* 0,1—0,2—0,4 cum extracto Belladonnae vel Hyoscyami combinata. Vis valde purgativa. *Dos. maxima:* 0,5, pro die 1,0!

**Explementum metallicum ad Dentes.**

Rp. Cadmii *P.* 1
Hydrargyri *P.* 3.

In vase clauso calore modico liquentur.

**Extractum Absinthii.**

Rp. Herbae Absinthii siccatae et concisae *P.* 2
Spiritus Vini rectfss. *P.* 2
Aquae communis *P.* 8
superfusae per viginti quatuor horas digerantur, tum exprimantur. Residuum, denuo affusis
Spiritus Vini rectfss. *P.* 1
Aquae communis *P.* 4
eadem ratione tractetur. Liquores commixti et filtrati ad extractum spissius (grad. II) redigantur.

Extractio modo deturbatoria semper praeferenda est. Post macerationem per dies duos ad modum deturbatorium progrediatur.

Sit extractum fuscum, in aqua turbide solubile. *Ph. Germanica.*

Eodem modo parentur:

**Extractum Chamomillae** florum.

— **Millefolii** Achilleae herb. floresc. sicc.

**Extractum Aconiti Herbae.**

Extractum Aconiti herbae alcoholicum.

Rp. Herbae Aconiti recentis (florescentis) *P.* 20.

Concisae et aquae *P.* 1 conspersae in mortario lapideo contundantur et ope preli fortiter exprimantur, quae operatio, additis
Aquae *P.* 3
repetatur. Liquores mixti et colati in balneo vaporis temperaturae ad 80° Cels. therm. usque inter perpetuam agitationem ad
Partes 2 remanentes
evaporent, quibus refrigeratis admisce
Spiritus V. rectfss. *P.* 2.

Sepone tum per 24 horas et interdum agita.

Dein mixturam in filtrum linteum immitte et, liquore separato, residuum fortiter exprime, quod cum
Spiritus V. rectf. *P.* 1
mixtum per horam digere, tum exprime.

E liquoribus commixtis filtratisque destillando (in congestiore vaporario) Spiritu Vini elicito, liquor residuus, leni calore balnei vaporis ad extracti spissioris densitatem (tertii gradus) inter continuatam agitationem redigatur. *Vis:* neurotica, antineuralgica. *Dos. maxima:* 0,2, pro die 1,0!!

Hoc extractum herbae Aconiti et Extractum Aconiti vel tuberum Aconiti valde differunt. Ne commutentur!

Eadem ratione parentur:

**Extractum Apii Petroselini** ex hb. florescente.

— **Asparagi** offic. turionum. Grad. II. consist.

— **Belladonnae** foliorum et ramulorum florescentium. *Dosis:* 0,01—0,02—0,04. *Dos. maxima:* 0,05, pro die 0,2!!

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0290-0
DFG

**Extractum Calendulae** offic. ex herba florescente.
— **Chelidonii** ex herba florescente.
— **Colchici** autumnalis e bulbo recenti. *Dos.:* 0,05—0,1—0,2 plur. p. diem.
— **Conii (maculati)** e foliis et ramulis florescent. *Dos. max.*: 0,2, pro die 0,6!!
— **Convallariae** majalis flor. et herb. rec.
— **Digitalis** e foliis et ramulis florescentibus. *Dos. max.*: 0,2, pro die 1,0!!
— **Gratiolae** herbae. *Dosis magna* purgativa: 1,0.
— **Hyoscyami** Scopoliae (Scopolinae atropoïdis) herbae florescentis.
— **Hyoscyami nigri** e foliis recentibus et ramulis florescentibus. Antipyreticum. *Dosis*: 0,02–0,05–0,15. *Dos. maxima:* 0,2, pro die 1,0!! (*Ph. Austr.* pro die 0,5!!).
— **Lactucae (virosae)** ex herba florescente. *Dos. max.:* 0,6, pro die 2,5!!
— **Pulsatillae** (Anemones pratensis et Pulsatillae Linn.) ex hb. florescente. *Dos. max.:* 0,2, pro die 1,0!!
— **Stramonii** ex hb. foliis et ramulis florescentibus. *Dos. max.*: 0,1, pro die 0,4!!
— **Taxi baccatae** ex hb.
— **Toxicodendri** Rhois ex herbae. *Dos.:* 0,01–0,02–0,03 plur. p. diem (paraplegia).

## Extractum Aconiti (tuberum).

Extr. Aconiti.

Rp. Tuberum Aconiti (Napelli) *P.* 2.
Grosso modo pulveratis affunde
Spiritus Vini rectf. *P.* 3.

Macera per duos dies in vase clauso, saepius agitando, tum massam in apparatum depulsorium transgestam paullulum comprime et affundendo
Spiritus Vini rectf.
extrahe. Colatur afiltrata, Spiritu destillando ex parte elicito, evaporando ad extractum spissum redigatur. Antineuralgicum. *Dosis:* 0,005—0,01—0,02. *Dos. maxima:* 0,03, pro die 0,12!!

## Extractum Aconiti siccum.

Confer Extractum siccum narcoticum.

## Extractum Aloës Acido sulfurico correctum.

Rp. Extracti Aloës *P.* 40.
Solve in
Aquae destill. *P.* 120.
Solutis guttatim admisce
Acidi sulfurici conc. puri P. 5.

Mixtum tum evaporando leni calore et exsiccando ad quarti (IV) gradus extracti consistentiam redige. Serva in vitris bene obturatis. *Dosis purgans:* 0,05—0,2 et *Dos. drastica:* 0,5–1,0.

## Extractum Aloës alcoholicum.

Aloë depurata.

Rp. Aloës lucid. contusae q. v.
Solve Spiritus Vini rectificati quantitate sufficiente, tum filtra et liquorem in vase porcellaneo ad siccum evapora. *Ph. Belg.*

Eodem modo paretur:

## Extractum Catechu s.

Catechu depuratum. *(Ph. Gall.)*

## Extractum Aloës (aquosum).

Rp. Aloës lucidae *P.* 1.
In pulverem redactae affunde
Aquae dest. fervidae *P.* 5.

Macera per 48 horas et saepius agita, tum liquor decanthatus coletur et in patina porcellanea calore balnei vaporis evaporando et optime exsiccando ad IV gradus consistentiam redigatur. Extractum praebeat cum aqua solutionem subturbidam. Stomachicum, drasticum. *Dosis stomachalis*: 0,01—0,02—0,03. *Dos. drast.:* 0,5—1,0.

Eodem modo paretur:

## Extractum Myrrhae.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0291-6 DFG

## Extractum amaricans.

Rp. Extracti Trifolii
— Rhei
— Centaurei min.
— Cardui bened.
— Millefolii āā *P.* — M.

## Extractum amarum.

Rp. Extract. Absinth., Gentian., Trifolii āā *P.* — Misce.

## Extractum Anthemidis
*Ph. Brit.*

Extr. Chamomillae *Ph. Brit.*

Rp. Florum Anthemidis 400,0
Aquae destill. 5000,0.

Coquendo ad volumen dimidium redacta exprimendo cola, tum filtra. Liquorem filtratum evaporando ad spissitudinem extracti densioris redactum commisce leni calore cum

Olei Anthemidis aeth. 1,0.
*Ph. Brit.*

## Extractum Arnicae Radicis.

Rp. Radicis Arnicae siccatae *P.* 1.
Concisae affunde
Spiritus Vini rectfss.
Aquae destill. āā *P.* 2

vel quantum hujus mixturae opus sit, ut perfecte immergatur. Digere per triduum et interdum agita. Tum ope preli exprime. Residuum, denuo affusis

Spiritus V. rectfss.
Aquae destill. āā *P.* 1,

per horas viginti quatuor macera. Colaturae commixtae colando filtrandoque depuratae, destillatione ex balneo aqua a Spiritu ex parte separatae, adhuc calidae per pannum laxum colatae, evaporando in balneo aquae inter agitationem ad spissitudinem (II *gradus*) extracti redigantur. Si inter evaporationem partes resinosae discedunt, Spiritus vini paululum addendum est.

Extractio modo deturbatorio semper praeferenda est. Post macerationem per dies duos ad modum deturbatorium progrediatur, affundendo Spiritum Vini (90%) dilutum aequali volumine Aquae destillatae.

Eadem ratione parentur:

**Extractum Agarici** albi; Grad. IV. consistent.

— **Apocyni** cannabini e radice.

— **Arnicae** florum.

— **Astragali** exscapi rad.

— **Aurantiorum** cort.

— **Aurantii pomor.** immaturorum.

— **Belae** (fructus non plane maturi siccati Aegles marmeli.).

— **Brayerae** anthelminticae s. **Kousso** (*Ph. Fenn.* Extractio Spirit. V. rectfss. efficiatur). Anthelminticum.

— **Bucco** folior. (Barosmae crenatae). *Dos.:* 0,3—0,6 ter p. d. (cystocatarrhus, enuresis).

— **Caincae** radicis (Serpentariae Brasiliensis).

— **Calami** (aromat.) rhiz. *Ph. Germ.* Menstr. Spirit. p. 10, Aq. 15. Mixt. Maceratio p. dies 4 et diem 1.

— **Capitum Papaveris** immaturorum, exemptis seminibus. *Ph. Brit.* *Dosis:* 0,1—0,3 ter quaterve p. d.

— **Capsici annui.** *Dos.:* 0,03 - 0,1.

— **Cascarae Sagadrae** cort. *Dos.:* 1,5—2,5—4,0.

— **Catechu** e pulvere grosso.

— **Chimophilae umbellatae** ex herb. rec. siccata.

— **Cocae,** fol. Erythroxyli Cocae. Anthelminticum.

— **Coffeae** e fabis immutatis et grosse pulv. (*Dos.:* 0,1—0,25—0,5 loco Coffeïni.)

— **Colombo** s. **Calumbae** rad. Grad. IV. consist.

— **Conii macul. Seminis.**

— **Corticis adstringentis** Brasiliensis s. **Corticis Barbatimao.**

— **Croci.** *Dos.:* 0,1—0,2—0,4.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0292-2
DFG

**Extractum Fuci vesiculosi.**
— **Gelsemii** (sempervirentis) rhiz. et rad.
— **Granati** rad. corticis.
— **Guajaci** e ligno.
— **Hamamelis** Virginicae cort. Hoc extractum Hazelina nominatur.
— **Hamamelis** (Virg.) **fol.**
— **Helenii** (Inulae) e rad.
— **Hellebori nigri** rad.
— **Hellebori viridis** rad.
— **Levistici** (Ligustici) e radice.
— **Liriodendri** Tulipiferae (Magnoliaceae) e cort.
— **Lobeliae** inflatae ex hb. *Dos.:* 0,05—0,2.
— **Matico,** fol. Piperis angustifolii.
— **Menyanthis** i. q. Extr. Trifolii.
— **Nicotianae** rusticae vel Tabaci foliorum. *Dosis:* 0,05—0,1 bis terve per diem. In clysmate 0,1. In unguine 1,0 : 5,0—10,0 ungt. Contra alopeciam 1,0 : 10,0 medullae.
— **Oleae** Europaeae foliorum. *Dos.:* 0,1—0,3 plur. p. diem (neuralgia intermittens).
— **Osmundae** regalis sive
— **Filicis floridae** e radice. *Dos.:* 5,0—10,0 pro die (scrophulosis, helminthiasis, herniae).
— **Papaveris** capitum. Conf. supra: Extr. Capit. Pap.
— **Pastae Guaranae.**
— **Pimpinellae** radicis.
— **Pini** turionum.
— **Pyrolae umbellatae** ex herba rec. siccata.
— **Rhamni Purshiani** (Cascarae Sagadrae) cort.
— **Rhei** (spirituos.). *Ph. Germ.* praecipit menstr. e Spirit. p. 2 et aq. p. 3. Grad. IV. consist.
— **Rutae** graveol. ex herb.

**Extractum Sabadillae** seminis. *Dos.:* 0,01—0,02 ter quaterve p. diem (neuralgia).
— **Sabinae** Juniperi herb. *Dos.:* 0,05—0,1—0,2. *Dos. maxima:* 0,2, pro die 1,0!!
— **Salviae** foliorum.
— **Sarsaparillae** radicis.
— **Senegae** radicis. Grad. IV. consist.
— **Simarubae** corticis.
— **Tanaceti** vulg. ex herba florente.
— **Taxi baccatae** e sem.
— **Turionum Pini** silvestris. Ad balneum 25,0—50,0.
— **Valerianae,** Grad. III. vel II. consist.
— **Violae tricoloris** herbae florescentis.

**Extractum Artemisiae.**

Rp. Radicis Artemisiae vulgaris diligenter siccatae et grosse pulveratae *P.* 1.

Affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 5.

Digere per tres dies, tum in apparatum deturbatorium transgestae affundendo

Spiritus V. rectfss. q. s.

extrahantur. Colaturam filtratam calore balnei vaporis, Spiritu destillando (ope congestoris vaporarii) elicito, ad spissitudinem mellis vel extracti tenuioris redige. Eff. 9 ad 10 pCt. Antepilepticum, choream sedans. *Dos.:* 0,2—0,5 pluries per diem.

Eadem ratione parentur:

**Extractum Cannabis Indicae** (III. const.). Sedativum, antispasmodicum. *Dos. max.:* 0,1, pro die 0,4!! (0,3 *Ph. Austr.*)
— **Mezerei** e cort. minutim conciso (spissitudinis mellis *Ph. Germ.*). Externum. In unguine 1,0 : 10,0 Lanolinae.
— **Petroselini** e fructibus recentibus Apii Petroselini (Grad. I. consist.).
— **Piperis nigri.**

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0293-8 DFG

**Extractum Cantharidum acetosum.**

Rp. Cantharidum grosso modo pulv. *P.* 2.
Affunde
Spiritus V. alcohol. *P.* 12
Aceti concentrati *P.* 1.
Digere per 24 horas et exprimendo cola. Fluidum in lebetem porcellaneum immissum inter agitationem atque leni calore ad extracti secundi (II) gradus consistentiam evaporetur. *Usus:* Stratum tenue chartae illitum et epidermidi impositum post horam vesicam efficit.

**Extractum Cantharidum (aethereum).**

Rp. Aetheris cantharidati q. v.
Lenissimo calore ad spissitudinem mellaginis evaporetur.

**Extractum Cardui benedicti.**

Rp. Herbae Cardui benedicti siccatae et concisae *P.* 1.
Commisce cum
Aquae destill. bullientis *P.* 6
vel quant. sufficit, ut mixtio pultem fluidiorem referat. Sepone per horas decem, tum ope preli exprimendo liquorem separa. Residuo iterum
Aquae destill. bullientis (*P.* 4)
quantitatem minorem quam antea affunde. Macera denuo per horas quinque et ope preli exprime. Liquores obtenti commixti, sedimentando, decanthando colandoque depurati inter assiduam agitationem ad volumen dimidium evaporando redigantur. Tum sepone loco frigido per 36 horas. Postremo fluidum a sedimento defusum in vase porcellaneo vel stanneo calore balnei vaporis inter continuatam agitationem ope spathulae ligneae ad secundi (II) gradus extractorum consistentiam evaporetur. Effic. 22—25 pCt.

Eadem ratione parentur:

**Extractum Bardanae** e radice sicca.
— **Betulae** fol. sicc.
— **Buxi** radicis siccae.

**Extractum Carlinae** s. Cardopatiae radicis.
— **Centaurei minoris** ex herba siccata.
— **Cichorii** e radice et foliis siccis.
— **Chinae** *Ph. Austr.*, e cortice Cinchonae succirubrae.
— **Dulcamarae** e stipitibus sicc. *Dos.:* 0,5—1,0 pl. p. diem.
— **Frangulae** Rhamni e cortice (ante annos tres collecto). Gradus IV. consist.
— **Fumariae** ex herba florescente sicca.
— **Marrubii** albi ex herba florescente sicca.
— **Pareirae** bravae e radice sicca.
— **Polygalae** amarae et amarellae ex herba florescente sicca.
— **Rhamni** Frangulae e cort. vetulo. Grad. IV. consist.
— **Rhei** rad. mundati. Grad. IV. consist.
— **Rubiae** tinctoriae e radice sicca.
— **Saponariae** e radice.
— **Sennae** foliorum.
— **Taraxaci** ex hb. et rad. sicca. *Ph. Germ.* praecipit aq. frigid. et macerationes per horas 48 et 24 permanentes.
— **Trifolii** ex herba sicca.
— **Uvae Ursi** (Arbuti) foliorum. Grad. IV. consist.
— **Verbenae** officinalis ex herba floresc. Grad. IV. consist.

**Extractum Carnis.**

Rp. Carnis muscularis bovinae recentis, a pinguedine accurate liberatae et in frustula dissectae *P.* 100.
In mortario lapideo per horam dimidiam contundantur, ut fiat puls tenerior, cui admisceantur
Aquae dest. frigidae *P.* 400.
Per horas duas maceratae et inter-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0294-4 DFG

dum agitatae preli ope exprimantur. Massae residuae carneae affunde

Aquae dest. tepidae *P.* 200

et denuo per horas duas sepone, interdum agitando. Colaturae exprimendo obtentae commixtaeque calore balnei vaporis calefiant, donec albumen, quod continent, coactum fuerit. Albumine coacto colando statim separato, liquor loco frigido seponatur, ut pinguedo adhaerens rigescat, quae colando separanda est.

Liquor ab albumine pinguedineque liberatus denuo in balneo vaporis per horas duas calefiat. Si post hoc tempus portiuncula liquoris agitati in cylindrum probatorium infusa floccos demittit, iterum colatura efficiatur. Denique liquor limpidus calore balnei vaporis (vel in vacuo) ad extracti spissitudinem redigatur et post refrigerationem in ollis vitreis obturatis loco frigido servetur. Eff. *P.* 4 circiter.

Quantum fieri potest vasa et spatula metallica in paratione ne adhibeantur.

Extractum Carnis Australe *(Tooth)* vel Liebigii semper praeferendum est.

## Extractum Cascarillae.

Rp. Corticis Cascarillae minutim contusi *P.* 1.

Affunde

Aquae bullientis *P.* 5.

Stent loco calido per horas 24, tum preli ope exprime. Residuo iterum affunde

Aquae bullientis *P.* 5,

digere per diem unum et exprime.

Liquores commixti, subsidendo decanthandoque depurati inter agitationem evaporando (calore 65—75° C. et paulum Spiritus interdum addendo) ad extracti tertii (III) gradus consistentiam redigantur. Eff. 16—20 pCt. *(Ph. Germ.)* Tonicum. *Dosis:* 0,25—0,5—1,0 quater quinquiesve per diem.

Eadem ratione parentur:

**Extractum Angusturae** corticis. Tonicum.

— **Bistortae** Polygoni e radice. Grad. IV. consist.

— **Geoffroyae** corticis.

— **Hippocastani** Aesculi corticis. Grad. IV. consist.

**Extractum Pini silvestris** fol. s. Lanae Pini sylvestris. *Us.:* Ad balneum 100,0—400,0.

— **Quercus** corticis. Grad. IV. consist. Adstringens.

— **Salicis** purpur., pentandr. vel fragilis corticis. Grad. IV. consist. Adstringens.

— **Saponariae** Grad. II. consist. Antidyscrasicum.

— **Sarsaparillae** radicis aquosum.

— **Strychni sem. aquos.** sicc. i. q. Nuc. vomic. aquos. *Dos.:* 0,05—0,1—0,2 bis terve per diem. *Dos. maxima:* 0,2 pro die 0,6!! Grad. cons. IV.

— **Tormentillae** Potentillae rad. Grad. IV. consist. Adstringens, tonicum.

## Extractum Chenopodii Vulvariae.

Rp. Herbae Chenopodii Vulvariae recens siccatae q. v.

Affunde miscelae, paratae e

Spiritus V. rectf. *P.* 3 et

Aquae *P.* 1

quantum sufficit, ut herba fluido plane contegatur. Digere per 24 horas et exprimendo cola. Residuo affunde iterum minorem quantitatem miscelae notatae, digere et exprime. Liquores commixtos et filtratos, Spiritu Vini blanda destillatione e balneo vaporis separato, inter agitationem calore balnei vaporis ad secundi gradus extracti consistentiam redige.

Extractio modo deturbatorio praeferenda est. Massa digesta in vas deturbatorium transgesta affundendo Spiritum vini dilutum (68%) extrahatur etc. *Dos.:* 0,03—0,05 ter quaterve per diem (amenorrhoea, nymphomania).

Eadem ratione parentur:

**Extractum Chiraytae** Gentianae e stipitibus. Amarum tonicum, anticachecticum. *Dos.:* 0,05—0,1—0,15 pluries p. d.

— **Lupuli** strobul. *Dosis:* 0,5—1,5.

— **Narcissi** Pseudonarcissi florum. Vomitivum. *Dos.:* 0,1.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0295-0

**Extractum Spartii** scoparii ex herba florente. *Dos.*: 0,1—0,2—0,3 pl. p. d. (morbus Brigthii).

— **Sumbuli** e rad. minut. concisa. Excitans. *Dos.*: 0,1—0,2—0,3 pl. p. diem (chorea, delirium tremens, typhus, cystocatarrhus).

### Extractum Chinae.

Extr. Chinae spirituosum *Ph. Germ.* Extr. Cinchonae.

Rp. Corticis Chinae succirubri grosso modo pulv. *P.* 1.

Superfusam

Spiritus Vini rectf. *P.* 5

digere per horas viginti quatuor interdum agitando et exprime. Residuo affunde

Spiritus Vini rectf. *P.* 5.

Post digestionem per horas viginti quatuor iteratam et expressionem paretur e liquoribus commixtis et filtratis extractum siccum. (*Ph. Germ.*)

Sit fuscum; in aqua solutionem turbidam praebens. Tonicum. *Dos.*: 0,5—1,0—1,5 pl. p. d.

*Ph. U. St.* Cort. Chin. reg. 10. Menstr. mixtio est e Spiritus 30 et Aq. 10. Extracti partibus centenis Glycerinae p. quinque (5) admisce. Grad. III.

### Extractum Chinae frigide paratum.

Extr. Chinae aquosum *Ph. Germ.*

Rp. Corticis Chinae succirubri grosse pulv. *P.* 100.

Affunde

Aquae destillatae *P.* 600.

Macera per biduum et exprimendo cola. Residuo iterum affunde

Aquae destillatae *P.* 300.

Macera ut antea et exprime. Liquores commixti et a sedimento decanthati evaporentur, ut fere partes ducentae remaneant, quae refrigeratae et filtratae evaporentur ad syrupi spissioris densitatem. Sit in aqua paullum turbide solubile. Effic. 16 %.

### Extractum Cinae aeth.

Oleo-Resina Cinae. Extr. Santonici.

Rp. Florum Cinae pulv. *P.* 2.

Affunde

[1] Spiritus Vini rectfss.
Aetheris aa *P.* 3.

Macera in vase clauso per dies tres vel quatuor et subinde agita. Tum liquorem decantha et residuum preli ope exprime. Residuo denuo affunde

Spiritus Vini rectfss.
Aetheris aa *P.* 2

macera et fac ut antea.

Liquores commixti, per gossypium colati aut filtrati, Aethere cauta destillatione usque ad quartam partem remanentem elicito, loco tepido ad extracti tenuioris (primi gradus) consistentiam redigantur. Asserva in lagenis vitreis. Si extractum post aliquod tempus spissescit, addendo Spiritus Vini et Aetheris aliquantulum consistentia restituatur. (*Ph. Germanica.*) Anthelminthicum. *Dos.*: 0,3—0,5—1,0 mane sumenda.

Rp. Florum Cinae pulveratorum
[2] *P.* 1.

In vas deturbatorium immissae paulatim affunde mixturae ex

Aetheris et
Spiritus Vini rectfss. aa *P.*

paratae tantum, ut flores pulverati sint permadefacti. Vase clauso macera per diem unum, dein affunde mixturam ex

Aetheris et
Spiritus Vini rectfss. aa *P.*

paratum, quamdiu liquor ex vase defluens satis colore imbutus exhibetur. Colaturas mixtas modo antea notato in grad. I extracti consist. redige.

Eodem modo parentur:

**Extractum Cubebarum** s. **Oleo-resina Cubebae** s. **Cubebina.** *Dos.*: 0,5—1,0—2,0 pluries p. diem (gonorrhoea).

— **aeth. Zingiberis.**

### Extractum Coffeae fluidum

*Kaffee-Extract. Caffee-Essenz.*

Rp. Fabar. Coffeae recenter tostarum 1000,0.

In pulverem grossum redacta et in

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0296-6 DFG

percolatorium vel depulsorium imprimendo ingesta superfunde

Spiritus Vini rectf. 500,0.

Percolatorium obtectum sepone per diem unum, tum affunde

Aquae dest. fervidae 500,0,

in quibus soluta sunt

Natri bicarbonici 10,0.

Post diem dimidium affunde

Aquae destillatae q. s.,

ut colatura grammata 950,0 expleat, quae in vase clauso seponatur. Tum aquam fervidam affundendo denuo colaturam collige, quae sit ponderis grammatum 1000,0 ad 1200,0. Haec colatura evaporando calore modico ad centim. cub. v. grammata quinquaginta (50,0) remanentia redacta miscetur cum colatura antea seposita, ut mixtura litram unam expleat. *Dos.:* 10,0—15,0.

## Extractum Colchici acidum e Bulbo.

Extract. Colchici aceticum.

Rp. Bulborum Colchici recent. *P.* 10.

Contusis affunde

Aceti concentrati *P.* 1
Spiritus V. rectfss.
Aquae fervidae aa *P.* 4.

Digere loco tepido per 36 horas et interdum agita. Colatura expressa, sedimentando decanthandoque depurata, balnei vaporis calore ad secundi (II) gradus extractorum consistentiam evaporetur. *Dos.:* 0,1—0,2—0,4 pluries per diem (arthritis, amenorrhoea).

## Extractum Colchici acidum e Seminibus.

Rp. Seminis Colchici grosse pulv. *P.* 10
Aceti concentrati *P.* 3
Aquae
Spiritus V. rectfss. aa *P.* 10.

Digere loco tepido per triduum, saepius agita et ope preli exprime. Residuo affunde

Aceti destillati *P.* 10,

macera et exprime. Colaturae commixtae filtratae calore balnei vaporis ad secundi (II) gradus extractorum consistentiam evaporentur. *Dos.:* 0,05—0,1 —0,2 pluries per diem (arthritis, amenorrhoea).

## Extractum Colocynthidis.

Rp. Fructus Colocynthidis a seminibus liberati et grosso modo concisi *P.* 2.

Superfusas

Spiritus Vini rectf. *P.* 15

digere loco tepido per aliquot dies, interdum agitando, tum fortiter exprime. Residuo affunde

Spiritus Vini rectf.
Aquae communis aa *P.* 5.

Digere per viginti quatuor horas, saepius agitando, et exprime.

Liquores obtenti et commixti post sedimentationem decanthentur, colentur et in extractum siccum (Grad. IV.) redigantur. Sit pulvis e flavo fuscus; in aqua turbide solubilis. *Ph. Germanica* praecipit primo macerationem per dies sex, deinde per dies tres.

*Dosis:* 0,005—0,01. Purgans. *Dosis maxima:* 0,05, pro die 0,2.

## Extractum Colocynthidis compositum.

Rp. Extracti Colocynthidis sicci *P.* 3
Aloës pulv. *P.* 10
Resinae Scammoniae *P.* 8
Extracti Rhei sicci *P.* 5.

M., f. pulvis, qui Spiritu Vini rectificato aspersus leni calore siccetur et contritus in lagenis obturatis servetur. (*Ph. Germanica.*) *Dosis:* 0,025-0,05-0,1.

*Ph. Fenn.* Extr. Colocynth. 3,0. Solutis in Spiritus dil. q. s. adde Caryophyll. 1,0, Resin. Jalap. 8,0, Aloës 16,0. Deinde evapora ad siccum et in pulverem redige.

*Ph. Brit.* Pulpae Colocynth. 60,0, Extr. Aloës Socotr. 120,0, Resin. Scammonii 40,0, Sapon. pulv. 30,0, Sem. Cardamom. 10,0, Spirit. dil. (0,920) 5000,0. Extracto spissitudinis pilularis addatur semen Cardamomi subtilissime pulveratum.

## Extractum Convallariae.

*Extrait de muguet.*

Rp. Stipit. et flor. Convallariae majalis recens collect., tum siccatorum *P.* 3

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0297-2
DFG

Fol. et rad. Convallariae P. 1.
Concisis affunde
Aquae calidae *P.* 25.
Macera per horas duodecim, tum exprime et denuo aquam affunde, sepone per horas duodecim et exprime. Liquores commixtos evaporando in extractum molle sive semifluidum redige, quod in aquae parva quantitate solutum filtra, tum iterum calore balnei aquae in extractum spissius (III) evaporando redige. *Ph. Gall.* Vis eam Digitalis adaequat. *Dos.:* 0,05—0,1—0,2 pl. p. diem.

## Extractum Cotyledonis umbilici.

Rp. Succi recentis herbae Cotyledonis umbilici (Crassulaceae) florentis *P.* 20.
In balneo vaporis inter agitationem ad
Partes 5 remanentes
evaporentur, quibus affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 2.
Sepone per aliquot dies, saepe agita, tum cola cum expressione et filtra. Liquorem calore leni ad extracti secundi (II) gradus consistentiam redige. *Dos.:* 0,5—1,0 pluries p. d. (epilepsia).

## Extractum Cynarae Scolymi
vel Cardunculi.

Rp. Succi recentis florum, foliorum et radicum Cynarae Scolymi aut Cynarae Cardunculi Linn.*) q. v.
Calore balnei vaporis calefiat, donec albumen solutum coactum fuerit, tum liquor colando depuratus in balneo vaporis inter agitationem ad extracti tertii gradus consistentiam evaporetur.

## Extractum Elaterii.
Elaterium.

Rp. Fructuum Elaterii (Momordicae) maturor. q. v.
Contusorum succus exprimatur et per cribrum setaceum tenuissimum coletur. Liquidum tunc leni calore et denique in balneo vaporis evaporando ad consistentiam extracti tertii gradus redigatur. Sit e viridi fuscum, cum aqua solutionem turbidam praebens, saporis amarissimi. Excitans: *Dos.* 0,003—0,015. Purgans: *Dos.* 0,015—0,06.

*) *Artischockenblumenköpfe u. Wurzeln.*

## Extractum Ferri pomatum.
Extractum Ferri s. Martis. Extractum Malatis Ferri.

Rp. Pomorum (Pyri Mali) acidulorum *P.* 100.
In pultem contundendo redactis admisce
Stramenti concisi depurati
quantum sufficit, tum exprime. Liquorem expressum subsidendo colandoque depuratum, admixtis
Ferri pulverati *P.* 3,
calore balnei vaporis tam diu digere, interdum agitando, quamdiu ferrum solvitur et Hydrogenium gasiforme evolvitur. Dein affunde liquori refrigerato
Aquae communis q. s.,
ut pondus mixturae exaequet
Partes 100.
Sepone per dies tres et filtra. Liquor filtratus ad extracti spissitudinem (Grad. II. consist.) calore balnei evaporetur. Extracti *P.* 100 contineant 7 ad 8 *P.* Ferri soluti. *(Ph. Germanica.)*

## Extractum Filicis.
Extr. Filicis liquidum *Ph. Brit.* Oleoresina Filicis s. Aspidii.

Rp. Rhizomatis Filicis recens siccati et pulv. *P.* 1.
Superfusam
Aetheris *P.* 3
macera per triduum. Liquore defuso denuo affunde
Aetheris *P.* 2.
Post macerationem exprime. E tincturis commixtis et decanthatis extractum tenuius (grad. I), ab aethere plane liberum paretur.
Sit subviride, in aqua non solubile! *Ph. Germanica, Austr., Ph. Brit.* *Dos.:* 0,5—1,0—2,0 in part. duas divisa sumenda (contra taeniam). Ante dispensationem extractum semper agitandum!
*Nota:* Hoc extractum modo deturbatorio parare licet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0298-8 DFG

Eodem modo paretur:

**Oleoresina** vel **Extract.** (aethereum).

— **Capsici** (fructus).

— **Lupulini.** *Dos.:* 0,05 —0,1. Stomachic., tonicum.

## Extractum fluidum.

*Fluid Extract. Flüssiges Extract.*

Extracta fluida eo modo paranda sunt, ut partes centenae substantiae medicinalis siccae (herbae, radicis, fructus etc.) praebeant partes centenas Extracti fluidi. Ne haec extracta corrumpantur, contineant in centenis partibus partes 10 ad 30 Spiritus Vini. Modus extractionis cum illo parationis Extracti Arnicae (Pag. 276 notato) plerumque convenit. Exempli gratia:

Extractum Hyoscyami fluidum.

Rp. Herbae Hyoscyami *P.* 20.

Grosso modo pulveratas et quantitate sufficiente mixturae, paratae miscendo e Spiritus V. rectfss. *P.* 2 et Aquae 1, humectatas in vas deturbatorium (percolatorium) immitte. Post diem unum affunde tantum Spiritus diluti antea notati, quantum ad *P.* 15 colaturae (I) sufficit, quas sepone. Dein denuo ille Spiritus dilutus (0,893 pd. sp.) affundatur, donec Partes 40—50 percolatae fuerint, vel herba Hyoscyami satis exhausta sit. Haec colatura ulterior (II) evaporando ad *P.* 5 remanentes redacta commisceatur cum colatura prius obtenta, quae *P.* 15 explet. Hac ratione liquor obtinetur, cujus partes singulae continent partes medicamentosas partis unius herbae Hyoscyami siccae, vel herbae Hyoscyami siccae *P.* 20 praebent *P.* 20 Extracti fluidi.

Ad apparationem Extractorum fluidorum corpora medicamentaria grossiuscule pulverata percolando, menstrua varia affundendo, extrahantur *(Ph. U. St.)*. Series menstruorum est:

Menstruum

I (primum) est Spiritus Vini 90 bis 93 %.

II (secundum) est mixtio parata e
Spiritus Vini et
Aquae destillatae āā.

Haec mixtio a *Ph. U. St.* Alcohol dilutum, *diluted Alcohol*, nominatur.

III (tertium) est mixtio parata e
Spiritus Vini *P.* 2 et
Aquae destillat. *P.* 1.

IV (quartum) est mixtio parata e
Spiritus Vini *P.* 3 et
Aquae destillat. *P.* 1.

V (quintum) est mixtio parata e
Spiritus Vini *P.* 1 et
Aquae destillat. *P.* 3.

VI (sextum) est mixtio parata e
Spiritus Vini *P.* 2 et
Aquae destillat. *P.* 3.

VII (septimum) est mixtio parata e
Spiritus Vini *P.* 3 et
Aquae destillat. *P.* 2.

VIII (octavum) est
Aqua destillata.

IX (nonum) est mixtio parata e
Spiritus Vini et
Aquae destillatae āā part.,
Glycerinae ea quantitate,
ut grammata centena (100) Extracti fluidi contineant grammata viginti (20) Glycerinae.

X (decimum) est mixtio parata e
Spiritus Vini *P.* 2
Aquae destillatae *P.* 1 et
Glycerinae ea quantitate,
ut grammata centena (100) Extracti fluidi contineant grammata vivinti (20) Glycerinae.

XI (undecimum) est mixtio e
Spiritus Vini (90—93%) et
Glycerinae ea quantitate,
ut grammata centena Extracti fluidi grammata viginti (20) Glycerinae contineant.

XII (duodecimum) est
Spiritus Vini et
Glycerinae ea quantitas,
ut gr. centena Extracti fluidi gr. triginta (30) Glycerinae contineant.

XIII (tertium decimum) est mixtio parata e
Spiritus Vini *P.* 1
Aquae destillae *P.* 2 et
Glycerinae ea quantitate,
ut grammata centena (100) Extracti fluidi gramm. viginti (20) Glycerinae contineant.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0299-5 DFG

Menstruo interdum paullulum alicujus Acidi vegetabilis vel mineralis addendum est, semper eo modo, ut centenae (100) partes Extracti quantitatem protinus notatam contineant:

**Extractum fluidum Aconiti** tuberis. Menst. I et Acidi tartarici p. 1.

— **Adonidis** (vernalis) rad. Menst. I.

— **Aletridis** (farinosae) rhiz. Menst. II.

— **Angelicae** rd. Mnstr. VII.

— **Apii** (graveolentis) fruct. Menstr. III.

— **Apocini** (cannabini) rad. Menstr. III.

— **Araliae** (racemosae) rad. Menstr. III.

— **Arnicae flor.** Mnstr. II.

— **Arnicae rad.** Mnstr. II.

— **aromaticum** (pulveris aromatici Americ.) Menstr. I.

— **Asclepiadis** (tuberosae) rad. Menstr. II.

— **Aspidospermatis** s. **Quebracho** cort. Menst. X.

— **Aurantii** corticis amari. Menstr. III.

— **Belladonnae** rad. Menstr. III (*Ph. Un. St. Amer.* Menstr. I).

— **Berberidis** (vulgaris) e cortice radicis. Menstr. VII.

— **Boldi** (fol. Peumi Boldi) Menstr. III.

— **Brayerae** (anthelminticae) s. **Kusso,** s. **Koso,** panicularum feminearum s. florum. Menstr. I.

— **Buchu** (Barosmae betulinae, crenulatae, serratifoliae) fol. Menstr. III.

— **Buchu compositum** (parand. e Fol. Buchu 62,5; Cubebar., Bacc. Junip., Fol. Uvae Ursi āā 12,5). Menst. III.

— **Calami** rad. Menstr. I.

— **Calendulae** flor. Mnstr. III.

— **Calumbae** s. **Columbo** rad. Menstr. II.

**Extract. fluid. Camelliae** s. **Theae** Chinensis. Primum menstr. X, ultimum V.

— **Cannabis Ind.** Mnstr. I.

— **Capsici** fruct. Menstr. I.

— **Cascarae sagadrae** cort. Menstr. II.

— **Castaneae** (vescae) fol. Menstr. V.

— **Caulophylli** (thalictroïdis) rhizom. Menstr. IV.

— **Chimaphilae** (s. Chimophilae umbellatae) herb. Menstr. IX.

— **Chiratae** (Ophelia Chirata Grieseb.) rad. Mnstr. IX.

— **Cimicifugae** (racemosae) rhizom. Menstr. I.

— **Cinchonae** s. **Chinae** cort. Menstr. IX. *Ph. Brit.* Cort. Cinch. succirubr. 100,0. Menstruo Acidi hydrochlorici (32%) 3,0 addantur.

— **Cocae** (fol.) Menstr. III.

— **Coffeae viridis** (sem.) Menstr. IX et V.

— **Colchici** (aut bulb., aut sem.) Menstr. III.

— **Condurango** cort. *Ph. Germ.* Menstr. X. Anticarcinomaticum. *Dos.:* Cochlearia thearia duo vel tria ter quaterve per diem.

— **Conii** (fruct. 100,0), Acid. hydrochlorici (10%) 3,0 colaturae II ante evap. adde. Menstr. II.

— **Convallariae florum.** Menstr. II.

— **Convallariae radicis** Menstr. VII.

— **Coptis** (trifoliae) rhiz. et radicul. Menstr. II.

— **Cornus** (floridae) cort. radicis. Menstr. IX.

— **Cornus circinatae** cort. Menstr. II.

— **Corydalis** (tuberum Dicentrae Canad.). Menstr. IV.

— **Coto** s. **Cotonis** cort. Menstr. I et IV ana mixt.

— **Cubebae.** Menstr. I.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0300-1
DFG

**Extract. fluid. Cypripedii** (pubescentis) rhiz. et radicul. Menstr. I.

— **Digitalis** fol. Menstr. IV et III.

— **Dulcamarae** stip. Menstr. II.

— **Ergoti** s. **Ergotae** s. **Secalis cornuti** (100,0 et Acidi hydrochlorici (10 %) 6,0 colaturae II ante evaporat. addenda. Menstr. VI et VIII ana *Ph. Germ.*, *Ph. U. St.*

— **Ergotae** *Ph. Brit.* 11 p. Extr. aquosi e part. 16 Erg. misce cum Spir. p. 6, sepone, filtra. Sint partes 16 Extr. fluidi.

— **Eriodictyi** (Californici) fol. Menstr. IV.

— **Erythroxyli** s. **Cocae** fol. Menstr. II.

— **Eucalypti** (globuli) fol. Menstr. I.

— **Eupatorii** (perfoliati) fol. et flor. Menstr. II.

— **Franciseeae** uniflorae rad. Menstr. III.

— **Frangulae** cort. Menstr. V. *Ph. Germ.* Spir. 3 et Aq. 7.

— **Fuci** (vesiculosi) thalli. Menstr. IV.

— **Gelsemii** (sempervirentis) rhiz. et radic. Menstr. I. *Dos.:* 0,1—0,2—0,4! pluries p. d. (neuralgia). Toxicum:

— **Gentianae** rad. Menst. II.

— **Geranii** (maculati). rhiz. Menstr. IX.

— **Glycyrrhizae** s. **Liquiritiae** rad. Liquor Ammonii caust. 3,0, mixt. c. 97,0 menstrui VI.

— **Grindeliae** (robustae) fol. cum florib. Menstr. IV. *Dos.:* 0,1—0,2 plur. p. diem (asthma, tussis convulsiva, catarrhus bronchialis).

— **Guaranae** (pastae e Paullinia sorbili). Menstr. IV.

**Extract. fluid. Hamamelidis** (Virginicae) fol. Menstr. II et V ana.

— **Helianthemi** (Canadensis) herb. Menstr. II.

— **Humuli** s. **Lupuli** strob. Menstr. III et VII ana.

— **Hydrangeae** (arborescentis) rad. Menstr. VII.

— **Hydrastis** (Canadensis) rhiz. et rad. Menstr. IX. (*Ph. U. St.* Menstr. IV). (*Ph. Austr.* Menstr. IV. *P.* 100 radicis praebeant Extr. fl. *P.* 150.) (*Ph. Germ.* Spir. 7 et Aq. 3 commixt.) *Dos.:* 3,0—5,0 pl. p. d. (cathartica, antiphlogistica).

— **Jalapae** tub. Menstr. I.

— **Ipecacuanhae.** Menstr. prim. I, tum IV.

— **Iridis** (versicoloris) rhiz. Menstr. IV.

— **Juglandis** (cinereae) corticis rad. Menstr. II.

— **Juniperi** (communis) fruct. Menstr. II.

— **Kavae** (rad. Piperis methystici). Menstr. VII.

— **Krameriae** s. **Ratanhae** rad. Menstr. IX.

— **Lactucarii.** Menstr. primore constat ex Aetheris aethylici 100,0; menstruum sequens est Spiritus Vini, menstruum ultimum No. III.

— **Lappae** (officinalis Albioni) rad. Menstr. II.

— **Leptandrae** (Virginicae) rhiz. Menstr. IX.

— **Lobeliae** fol. Mnstr. II.

— **Lupulini** (Humuli Lupuli glandul.). Menstr. I.

— **Manacae** fluid. i. q. Extr. Franciseeae fluidum.

— **Matico** (Artanthe elongata Miquel) fol. Menstr. X.

— **Menyanthis** s. **Trifolii** fol. Menstr. V.

— **Mezerei.** Menstr. I.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0301-7
DFG

**Extractum fluid. Pareirae** rad. (Chondodendron tomentosum). Menstr. IX

— **Pareirae** rad. *(Ph. Brit.)*. Menstr. II.

— **Petroselini radicis** Petroselinum sativum). Menstr. II.

— **Phytolaccae** (decandrae) rad. Menstr. III.

— **Pilocarpi** (pennatifolii) foliol. Menstr. II.

— **Podophylli** (peltati) rhiz. Menstr. IV.

— **Pruni Virginianae** cort. Menstr. IX.

— **Quassiae** ligni. Menst. II.

— **Quebracho** cort. Menstr. IV.

— **Quillajae** (Saponariae) cort. Menstr. II.

— **Rhamni** i. q. **Frangul.**

— **Rhamni Purshianae** cort. Menstr. II.

— **Rhois glabrae** fruct. Menstr. IX.

— **Rosae Gallicae** petal. Menstr. IX.

— **Rubi** (Canadensis, trivialis, villosi) cort. radicis. Menstr. IX.

— **Rumicis** (crispi) rad. Menstr. II.

— **Sabinae** (Juniperus Sabina) summitatum. Menstr. I.

— **Salicis nigrae** herb. Menstr. III.

— **Sanguinariae** (Canadensis) rhiz. Menstr. I.

— **Sarsaparillae** rad. Menstr. XIII.

— **Scillae** bulb. Menstr. I.

— **Scoparii** (Sarothamnus Scoparius) summitat. Menstr. III.

— **Scutellariae** (lateriflorae). Menstr. VI.

— **Senegae** rad. (100,0. — Menstr. III et Liq. Ammon. caust. 2,0—3,0) colat. II. add.

**Extractum fluid. Sennae** fol. Menstr. VI.

— **Sennae deodoratum.** Fol. Sennae pulv. Spiritu absoluto exhauriantur, et haec colatura rejiciatur. Deinde folia menstruo sexto (VI) percolatione extrahantur.

— **Serpentariae** rhiz. Menstr. IV.

— **Spigeliae** (Marilandicae) rhiz. Menstr. II.

— **Sterculiae** (acuminatae) s. **Colae.** Menstr. XIII, dein IV.

— **Stillingiae** (sylvaticae) rad. Menstr. II.

— **Stramonii** s. **Daturae** sem. Menstr. IV.

— **Strychni** s. **Nucis vomicae.** Menstruum est Spiritus Vini pd. spec. 0,870.

— **Taraxaci** rad. Menst. VI.

— **Trillii** (erecti) rhizom. Menstr. VII.

— **Tritici** (repentis) rhiz. (100,0). Colaturam Aqua fervida collectam evapora ad 80,0 remanentia, quae commixta cum Spiritu Vini 22,0 sepone per horas 60, tum filtra. Liquor filtratus 100,0 expleat.

— **Turnerae** (mycrophyllae) herb. Menstr. III.

— **Urticae** (dioïcae) rad. Menstr. II.

— **Uvae ursi** s. **Arctostaphyli** fol. Menstr. IX.

— **Valerianae** rad. Menstr. III.

— **Veratri viridis** rhizom. Menstr. I. *Dos.:* Gutt. 2—5 ter quaterve per diem.

— **Verbasci** (Thapsi) fol. et flor. Menstr. II.

— **Verbenae** (hastatae) rad. Menstr. II.

— **Viburni** (prunifolii) cort. Menstr. III.

— **Viburni Opuli** cort. Menstr. III.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0302-3 DFG

**Extract. fluid. Xanthoxyli** (fraxinei) cort. Menstr. I.
— **Zeae** (Maydis) stigmatum. Menstr. II.
— **Zingiberis.** Menstr. I.

### Extractum fluidum Rhei aromaticum.

Rp. Radicis Rhei 65,0
Corticis Cassiae cinnamomeae
Caryophyllorum $\widehat{aa}$ 15,0
Seminis Myristicae 5,0.

In pulveres redacta menstruo secundo (e Spiritus Vini et Aquae ana partibus composito) percolationis ope extrahe, grammata triginta, primo defluentia seponendo. Colaturam succedentem evaporando ad grammata septuaginta redactam commisce cum illis grammatis triginta sepositis colaturae primo collectae.

### Extractum fluidum Stillingiae compositum.

Rp. Radicis Stillingiae (silvaticae)
Radicis Corydalis (Aristolochiae rotundae cavae) $\widehat{aa}$ 200,0
Radicis Iridis Florentinae
Florum Sambuci
Foliorum Chimaphilae (umbellatae) $\widehat{aa}$ 100,0
Fructus Coriandri
Corticis Xanthoxyli $\widehat{aa}$ 50,0.

Grosso modo pulverata primum mixtura, parata ex
Spiritus Vini 200,0
Glycerinae
Aquae destillatae $\widehat{aa}$ 100,0,
percolando extrahe, deinde
Spiritus Vini diluti (60 %)
quantitate sufficiente denuo extrahe. Colaturae mixtae 200,0 g. reserva, partem alteram verum evapora calore balnei aquae, donec 600,0 g. remanserint, quae cum illis grammatis 200,0 commisce. Quantitas extracti fluidi praebeat aequipondium vegetabilium ad extractiones exhibitorum. Serva extractum in vitris occlusis loco umbroso. *Dos.*: 1,0—2,0—4,0 bis terve per diem (tonicum, diureticum).

### Extractum Frangulae compositum.

Extractum Rhamni comp.

Paretur eodem modo quo Extractum Rhei compositum, nisi quod loco Extracti Rhei sumatur Extractum Frangulae.

### Extractum Fuliginis splendentis.

Paretur e Fuligine splendente cruda eodem modo quo Extractum Aloës. *Dos.*: 0,2—0,3—0,5 pluries per diem. Ad enema (contra ascarides) 2,0 vel 4,0 : 150—200 aquae, in unguine 2,0—3,0 : 10,0 Lanolinae (dermatose, exanthemata).

### Extractum Furfuris triticei.

*Weizenkleienextract. Wheat phosphates.*

Rp. Furfuris triticei *P.* 100.
Superfusae
Aquae fervidae *P.* 400
stent per horam unam, tum exprimendo colentur. Liquor colatus statim evaporando calore balnei vaporis ad partes remanentes 25 redigatur, tum cum
Spiritus Vini rectfss. *P.* 15
commixtus per diem unum loco frigido seponatur, dein filtretur. Liquor filtratus, Spiritu Vini maxima ex parte destillando elicito, ad extracti spissitudinem tenuiorem redigatur, tum *P.* 100 extracti leni calore commisce cum
Sacchari pulv. *P.* 50
Glycerini *P.* 25
Natrii chlorati *P.* 3
Kali bicarbonici pulv. *P.* 1.
Serva in vasis porcellaneis clausis.

### Extractum Garciniae Mangostanae.

Extr. antidysentericum.

E cortice fructus Garciniae Mangostanae, Mangostinam ($C_{20}H_{22}O_5$) continente, ope Spiritus vini diluti uti Extr. Aurantiorum corticis paratur (in pharmacia *G. Gruppe* in Manilla).

### Extractum Gentianae.

Rp. Radicis Gentianae concis. *P.* 1.
Superfusam
Aquae destill. frigidae *P.* 5

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0303-9 DFG

macera per horas quadraginta octo et exprime. Residuo affunde

Aquae destill. frigidae *P.* 5,

tum macera per duodecim horas et exprime. E liquoribus commixtis, post sedimentationem colatis extractum spissius paretur. Sit e rubro fuscum, in aqua limpide solubile. *Ph. Germanica.*

Eodem modo paretur:

**Extractum Glycyrrhizae** s. **Liquiritiae** mundatae.

**Extractum Gossypii corticis radicis.**

Extractum Gossypii fluidum. *Liquid extract of Cotton root bark.*

Rp. Cort. rad. Gossypii herbacei recent. 100,0

Spiritus V. diluti (45%) q. s.

Contundendo fiat puls, quae cum

Spiritus V. diluti 200,0

Glycerinae 30,0

commixta, vase clauso, per dies duos seponatur, tum in vas deturbatorium ingesta affundendo

Spiritus V. diluti

extrahatur, donec colaturae totius pondus 400,0 expleat, quae post filtrationem calore 55° C. non superante usque ad 80,0 gr. remanentia evaporetur et commisceatur cum

Spiritus V. rectfss. 20,0,

ut pondus massae totius 100,0 gr. expleat.

Emmenagogum, abortivum, extractum Secalis cornuti compensans. *Dos.:* 1,0—2,0 ter quaterve per diem.

**Extractum Graminis.**

Rp. Rhizomatis Graminis incisi *P.* 1

Aquae communis fervidae *P.* 6.

Digere per horas sex, tum cola. Colatura statim evaporetur ad syrupi spissitudinem.

Haec massa iterum in copia quadruplice Aquae destillatae frigidae solvatur, filtretur et ad extractum spissius (Grad. III) evaporetur.

Sit e rubro fuscum, in aqua limpide solubile (*Ph. Germanica*).

**Extractum Graminis liquidum.**

Mellago Graminis.

Rp. Extracti Graminis 7,0.

Solve in

Aquae destillatae 3,0.

Eodem modo paretur:

**Extractum Taraxaci liquidum** s. Mellago Taraxaci.

**Extractum Haematoxyli.**

Extractum Ligni Campechiani.

Rp. Ligni Campechiani raspati *P.* 1

Aquae destill. *P.* 8.

Coque ad dimidium, cola et repete coctionem ligni cum

Aquae destill. *P.* 6.

Cola et exprime. E liquoribus commixtis et decanthatis paretur extractum siccum (Grad. IV). Sit pulvis e rubro fuscus, in aqua turbide solubilis. *Dos.:* 0,5—1,0—2,0 pluries per diem (diarrhoea).

Eodem modo paretur:

**Extractum Quassiae** ligni.

**Extractum Hellebori Bacheri.**

Rp. Extracti Helleb. nigri et Kali carbonici aa *P.*

Exacte misceantur. *Dos.:* 0,05—0,1—0,2 pluries per diem (hydrops, amenorrhoea). *Dos. max.* 0,2, pro die 1,0.

**Extractum Hyoscyami Seminis.**

Rp. Seminis Hyoscyami grossiuscule pulv. et expressione frigida ab oleo liberati *P.* 1.

Affunde

Spiritus V. rectf. *P.* 3.

Digere leni calore per 24 horas, tum exprimendo cola. Residuo affunde

Spiritus V. rectf. *P.* 2

digere et exprime. Liquores commixtos filtra et, Spiritu Vini destillando elicito, ad spissitudinem extracti mollioris calore balnei vaporis et inter agitationem redige. Extractum sic obtentum in

Aquae destill. quadruplo

solvatur et solutio per chartam bibulam humectatam percolata, resina rejecta, calore balnei vaporis denuo ad extracti secundi gradus consistentiam redigatur. Eff. 2 pCt. Extractio modo deturbatorio praeferenda est. *Ph. Britica* oleum pingue e semine Aethere

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0304-4 DFG

extrahit. *Dosis:* eam extr. Hyoscyami herbae aequat. Antiphlogisticum.

Pari modo paretur:

**Extractum Belladonnae seminis.**

— **Stramonii** *(Ph. Brit.)* seminis aq. humectati et macerando in Aethere ab oleo pingui liberati. Menstr. Spir. dil. p. sp. 0,920. Consist. gradus III. *Dos.:* 0,01–0,03–0,06 ter quaterve per diem. *Dos. max.:* 0,06, pro die 0,25.

### Extractum Jaborandi.

Extractum Pilocarpi.

Rp. Fol. Jaborandi (Policarpi pennatifolii) grosse pulv. q. v.

Commixtum cum

Spiritus vini (57 v. %) q. s.

macera per dies duos, tum modo deturbatorio primum Spiritu vini, deinde aqua destillata extrahe. Liquores commixtos usque ad spissitudinem extracti (Grad. II.) evapora. Diaphoreticum, sialagogum. *Dosis:* 0,1—0,3—0,5. *Ph. Brit.*

### Extractum Jalapae

*Ph. Brit.*

Rp. Tuberum Jalapae *P.* 1.

Grosso modo pulveratae affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 5.

Digere per aliquot dies, tum exprimendo cola. Colaturam, Spiritu Vini destillanda elicito, ad extracti spissitudinem redige.

Tuberibus post expressionem remanentibus denuo pulveratis affunde

Aquae destill. *P.* 10,

tum macera et exprime. Colaturam filtratam ad extracti spissitudinem evaporando redige. Quo facto extractum hoc aquosum commisce cum illo extracto ope Spiritus Vini effecto et mixta inter agitationem ad extracti densioris spissitudinem (Grad. III. consist.) evapora. *Dosis:* 0,3—0,6—1,0.

### Extractum Ipecacuanhae.

Emetinum impurum s. coloratum.

Rp. Radicis Ipecacuanhae grosso modo pulv. *P.* 1.

Affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 3.

Macera per tres dies, interdum agita, tum exprimendo cola. Residuo affundo iterum

Spiritus V. rectfss. *P.* 2.

Macera et exprime ut antea. Liquores commixti filtrati, Spiritu Vini maxima ex parte destillando elicito, leni calore ad extracti spissitudinem evaporentur. Extractum obtentum solve in

Aquae destill. *P.* 4.

Solutio filtrata calore balnei vaporis inspissetur et siccando ad extracti sicci (quarti gradus) consistentiam redigatur. Serva in lagenulis bene obturatis. Sit pulvis luteus, solutionem in aqua limpidam praebens.

*Dosis:* 0,01—0,02—0,03 ter quaterve per diem (catarrhus, pertussis). *Dos. emetica* 0,1—0,2—0,3.

### Extractum Juglandis Foliorum.

Paretur e foliis Juglandis regiae recentibus, mense Julio collectis, uti Extractum Arnicae. *Dos.:* 0,3—0,6—1,0 pl. p. d. (Antiscrophulosum).

### Extractum Juglandis Nucum.

Rp. Nucum Juglandis regiae nondum maturarum, aut Putaminum viridium recentium nucum q. v.

In mortario lapideo, addendo aliquantulum aquae, contundantur, tum exprimantur. Succum colatum inter agitationem calore balnei vaporis evaporando ad extracti secundi gradus spissitudinem redige. Eff. 6—7 pCt. *Dos.* ut antea. (Antiscrophulosum.)

### Extractum Lactucarii.

Rp. Lactucarii venalis *P.* 1.

Ad pulverem grossum contritam superfunde

Spiritus V. rectf. *P.* 4.

Digere per aliquot dies et saepius agita. Liquorem refrigeratum filtra et calore balnei vaporis ad siccitatem redige. *(Ph. Belg.)* *Dos. max.* 0,2.

### Extractum liquidum Sarsaparillae compositum.

*Compound fluidextract of Sarsaparilla.*

Rp. Radicis Sarsaparillae 75,0



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0305-0 DFG

Radicis Liquiritiae 12,0
Corticis Sassafras radicis 10,0
— Mezerei 3,0.
Pulverata et commixta misce cum
Glycerinae 20,0
Spiritus Vini 30,0
Aquae destillatae 50,0.
Post diem unum hanc massam affundendo mixturam paratam ex
Aquae destillatae *P.* 2
Spiritus Vini *P.* 1
percolatione extrahe, colaturae primo defluentis grammata quadraginta (40) seponendo. Colaturam succedentem, evaporando ad grammata sexaginta (60) redactam commisce cum illis 40 grammatis colaturae sepositae, ut pondus totum mixturae grammata centum (100) compleat. *(Ph. U. St. Americ.)*

**Extractum Liquiritiae** (rectificatum).

Extr. Glycyrrhizae modificatum s. ammoniatum.

Rp. Rad. Liquirit. gr. modo pulv. 100,0.
Primo hunc pulverem macerando per diem unum, tum percolando (modo deturbatorio), affundendo liquorem paratum e
Liquoris Ammonii caustici (10 %) 15,0
Aquae destill. 300,0,
postremum affundendo
Aquae destill. q. s.
extrahe et liquorem percolatum evaporando ad volumen dimidium redactum per dies duos sepone, ut sedimentet. Liquorem tum decanthatum et filtratum evaporando ad extracti spissitudinem II redige. *Ph. U. St.*

**Extractum Liquiritiae solutum.**

Extract. Glycyrrhizae solutum. Liquor Extr. Liquiritiae. Solutio Extr. Liquirit.

Rp. Extracti Liquiritiae 50.
Leni calore solve in
Glycerinae 30,0
Aquae destill. 55,0.
Tum admisce
Spiritus Vini 15,0.
Pondus mixturae compleat 150,0 g.

**Extractum Lobeliae siccum.**

Lobelina. Lobelinum (resinoïdes). *Lobelin (harziges).*

Rp. Herbae Lobeliae concis. q. v.
Superfunde
Spirit. Vini (90 %) q. s.
Post diem unum in vas deturbatorium ingere et extrahe affundendo
Spiritus Vini q. s.
Colatura leni calore evaporetur et siccetur, tum massa in pulverem contrita in lagenis dense obturatis servetur. Emeticum. *Dos.:* 0,03—0,06. Anodinum ad ulcera. Contra spasmum oris uteri (ope clysmi).

**Extractum Malti.**

*Malzextrakt.*

Rp. Malti hordeacei contusi
Aquae frigidae āā *P.* 1.
Mixtae stent per horas tres, tum, admixtis
Aquae frigidae *P.* 4,
calore 65° non superante per horam unam digestae usque ad ebullitionem calefiant et statim exprimendo colentur. Colatura limpida inter assiduam agitationem quam celerrime evaporetur et in extractum spissum redigatur.
Sit e flavo fuscum, saporis grati dulcis. Loco frigido servetur. *Ph. Germanica. Dos.:* 1,0—2,0 plur. p. diem.

**Extractum Malti** cum Calcio hypophosphoroso.

Extr. Malti cum Calcaria hypophosphorosa.

Rp. Calcii hypophosphorosi
Glycerinae āā 20,0.
In pultem tenerrimam conterendo redacta misce cum
Extracti Malti tepefacti 960,0,
ut centenae partes contineant part. duas salis calcici (2 %).

Aequali modo parentur:

**Extractum Malti** c. Calc. lactico-phosphorico (2 %).
— Malti c. Chinino ferro-citrico (2 %).
— Malti c. Chinino sulfurico (0,5 %).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0306-6 DFG

**Extractum Malti** c. Chinino tannico (2%).
— Malti c. Conchinino tannic. (2%) (Mixturae addatur Magnesii subcarbonici 0,5%).
— Malti cum Ferro jodato (2%).
— Malti cum Ferro lactico-phosphorico (2%).
— Malti c. Ferro-Ammonio pyrophosphorico-citrico (2%) sive Extr. Malti c. Ferro pyrophosphorico c. Ammonio citrico sive Extr. ferratum (conf. idem).
— Malti c. Ferro pyrophosphorico, Ammonio citrico et Calcio lactico-phosphorico (horum salium trium ana 2 part. in centenis partibus).
— Malti c. Kalio fluorato et Calcio lactico-phosphorico (aa 2%).
— Malti cum Lupulino (2%).
— Malti cum Pepsino (2%).

## Extractum Malti ferratum.

*Eisenhaltiges Malzextrakt.*

Rp. Extracti Malti *P.* 94.
Commisce cum
Ferri pyrophosphorici cum Ammonio citrico *P.* 2
solutis in
Glycerinae purae
Aquae destillatae aa *P.* 2.
Sit saporis dulcis, paullulum ferruginei. *Dos.:* 2,0—3,0 pluries p. diem.

## Extractum Malti jodatum.

Rp. Kalii jodati 1,0
Extracti Malti 1000,0.
Misce. Ex tempore.

## Extractum Malti siccum.

Ex Extracto Malti calore balnei aquae evaporando paratur.

## Extractum Martis.

Extractum Ferri tartarici.

Rp. Tincturae Tartari ferrati q. s.
Inter agitationem ad extracti secundi (II) gradus consistentiam evaporando inspissetur.

## Extractum Maydis stigmatum.

Extractum Stigmatis Zeae Maydis.

Rp. Stigmata Zeae Maydis.
In aëre calore 16—18° C. siccata, tum minutim concisa in vas deturbatorium s. percolatorium paululum imprimendo ingere. Deinde affunde volumen aequale
Spiritus V. diluti (30%),
miscendo parati e Spiritus rectfss. *P.* 1 et Aquae destillatae *P.* 2. Macera per diem unum, tum affundendo Spiritum dilutum (30%) modo deturbatorio perage, donec liquor defluens fere decolor appareat. Colatura, spiritu maxime ex parte destillando, calore 60° C. ne superante, separato, leni calore ad spissitudinem extracti densioris evaporetur. Diureticum modicum. Medicamen cystitidem, nephritidem sabulosam, nephrolithiasin, hydropem sanans, uti dicitur. *Dosis* per diem 2,0—3,0—5,0.

## Extractum Mezerei.

Extractum Mezerei spirituosum. Extractum Gnidii. Loco Extr. Mezerei aetherei.

Rp. Corticis Mezerei *P.* 1.
Minutim concisae affunde
Spiritus Vini rectfss. *P.* 4.
Digere per aliquot dies interdum agitando, tum fortiter exprime.
Residuum, affusis
Spiritus V. rectfss. *P.* 3,
eodem modo tracta.
Colaturas commixtas filtratasque, Spiritu Vini maxima ex parte destillando elicito, ad densitatem mellis evaporando redige. Sit extractum subviride, in aqua non solubile. Effic. 12 pCt. *(Ph. Germanica.)* Rubefaciens. In unguine 1,0 : 10,0 adipis.
*Ph. Brit.* Extractum Mezerei corticis spiritu paratum cum Aethere miscitur et liquor decanthatus in extractum mollis transducitur.

## Extractum Myrtillorum Baccarum.

Rp. Baccarum Myrtillorum recent. maturarum q. v.
Baccae optime contritae per quatuor



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0307-2

dies loco tepido seponantur, tum exprimantur. Succus colatus dein ad extracti tertii gradus spissitudinem inter agitationem fac evaporet.

## Extractum Nicotianae Rademacheri.

Rp. Foliorum Nicotianae rusticae (aut Nicotianae Tabaci) recent. q. v.

Folia concisa et in mortario lapideo contusa conspergantur aquae copia parva et exprimantur. Succus colatus calore balnei vaporis inter agitationem continuatam ad extracti tertii gradus consistentiam evaporetur. *Dos.:* 0,2—0,5 pro die! *Dos.:* in clysmate 0,05—0,1 (ileus, hernia incarcerata).

## Extractum Opii.

Extractum Opii gummosum s. aquosum. Extractum Meconii s. thebaicum. Opium depuratum.

Rp. Opii Smyrnaici *P.* 2.

In frustula tenuiora conciso affunde

Aquae dest. frigid. *P.* 10.

Macera per 36 horas loco frigido et saepius agita, tum ope preli exprime et cola. Residuum, affusis

Aquae dest. frigid. *P.* 5,

denuo macera per 24 horas, tum exprime et cola. Liquores commixti subsidendo filtrandoque depurati calore balnei vaporis (60 ad 70° C.) inter continuatam agitationem ad extracti densioris spissitudinem redigantur, calore leni hypocausti perfecte exsiccentur, et massa sicca pulverata in lagenis obturatis caute asservetur. Effic. circiter 50%. Aqua turbide solvatur. *Dosis:* 0,005—0,01—0,05—0,1. *Dos. max.* 0,15, pro die 0,5!! *Ph. German.*

*Ph. Austr. Dos. max.:* 0,1, pro die 0,4!!

*Ph. Brit.* Opii 100,0 aqua destillata macerando extrahantur et liquor evaporando ad 50,0 redigatur, ut centenae partes extracti p. viginti Morphini contineant.

## Extractum Opii liquidum *Ph. Brit.*

*Liquid extract of Opium.*

Rp. Extracti Opii *(Ph. Brit.)* *P.* 1.

Macerando per horam solve in

Aquae destill. *P.* 16.

Liquori deinde admisce

Spiritus Vini rectfss. *P.* 4,

ut pondus mixtionis expleat *P.* 20 volumine dimensas, tum filtra. Centenae partes contineant partem unam Morphini. *Dosis:* gutt. 10—20—40.

## Extractum Opii sine Narcotino.

Rp. Extracto Opii subt. pulv. *P.* 1.

Affunde

[1] Aetheris *P.* 10.

Macera per diem unum et saepius agita. Aethere defuso, extractum leni calore sicca et serva.

Rp. Extracti Opii *P.* 3.

Solve macerando in

[2] Aquae frigidae *P.* 2.

Deinde affunde

Aetheris *P.* 4.

Sepone per biduum et saepius fortiter agita. Dein Aethere defuso, novam quantitatem

Aetheris

affunde, macera et saepius fortiter agita. Extractio et conquassatio cum Aethere eodem modo toties repetatur, quoties Aether aliquid solvit. Denique residuum evaporando leni calore exsiccetur et servetur. *Dos.:* 0,005—0,01—0,05. *Dos. max.* 0,06, pro die 0,4.

## Extractum Phellandrii Seminis.

Rp. Fructuum Phellandrii aquatici contus. *P.* 120.

Coquantur in vesica destillatoria cum

Aquae communis *P.* 1200

et destillando eliciantur *P.* 500 vel quantum opus erit ad oleum aethereum expellendum. Hoc separato, fluidum in vesica remanens, exprimendo colatum evaporetur ad extracti tenuis consistentiam, et digeratur semen residuum per 12 horas cum

Spiritus V. rectfss. *P.* 250.

Fluidum hoc exprimendo colatum ad separandum Spiritum Vini tunc destillationi usque ad quartae partis remanentiam subjiciatur et hoc modo inspissatum cum extracto aquoso prius obtento commixtum evaporatione balnei vaporis ope ad extracti secundi (II) gradus consistentiam redigatur, cui refrigerato denique admiscenda erit

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0308-8 DFG

Olei aetherei prius obtenti *P.* 1 in pauxillo Spiritus Vini rectfss. soluta. Serva in vase bene clauso.

*Nota.* Pars 1 hujus extracti partibus 4 Fructus Phellandrii pulverati respondet.

**Extractum Physostigmatis Seminis.**

Extractum Calabar s. Fabae Calabaricae.

Rp. Seminis Physostigmatis venenosi (Fabarum Calabaricarum) *P.* 100.
[1]

Subtiliter pulveratis affunde

Spiritus Vini rectfss. *P.* 250
Aquae destillatae *P.* 190
Aceti concentrati *P.* 10.

Digere interdum agitando, vase clauso, per biduum, tum cola exprimendo. Residuo affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 100
Aquae destillatae *P.* 75
Aceti concentrati *P.* 5.

Post digestionem per biduum fortiter exprime. Colaturae commixtae, sedimentando filtrandoque depuratae et balnei aquae calore ad voluminis trientem usque redactae per diem unum loco frigido seponantur et denuo filtrentur. Liquor filtratus, admixtis

Dextrinae depuratae pulv. *P.* 6,

leni calore ad syrupi spissitudinem redactus laminis vitreis illinatur, lenissimo calore siccetur et radendo collectus servetur. Sint lamellulae e fusco flavidae, paulum diaphanae. Pars una extracti continet substantias solubiles e partibus quinque Seminum Physostigmatis.

Rp. Fabae Calabaricae grosso modo pulv. *P.* 1.
[2]

Superfusam

Spiritus V. rectf. *P.* 5

digere per horas viginti quatuor et exprimendo cola. Residuo denuo affunde

Spiritus V. rectf. *P.* 3

et fac ut antea. Colaturas commixtas et filtratas in vase porcellaneo calore balnei vaporis inter agitationem assiduam ad extracti spissioris densitatem redige. *Ph. Germanica, Neerlandica. Dos.*: 0,005—0,01—0,02 bis terve per diem (neuralgia, epilepsia, chorea, tetanus etc., antidotum Belladonnae, Strychnini). *Dos. maxima* 0,02, pro die 0,06!!

*Ph. Gall.* praecipit digestionem, deinde extractionem modo deturbatorio. 100,0 seminum praebent 2,5 ad 3,0 extracti.

*Ph. Brit.* Spiritus (90 %) loco menstrui adhibetur. Grad. consistentiae II.

**Extractum Phytolaccae decandrae.**

E radice grosso modo pulverata paretur eo modo quo Extractum Rhamni Frangulae. *Ph. Brit.* In dosi minore (0,05—0,1—0,25 pl. p. d.) alterans, in dosi majore (0,5—1,0—2,0) emetico-catharticum.

**Extractum Pini maritimae Corticis.**

Paretur e Cortice sicco Pini maritimae uti Extractum Arnicae. Ad extracti quartum gradum consistentiae evaporando et siccando redigatur.

**Extractum Ratanhiae.**

Extractum Krameriae.

Rp. Radicis Ratanhiae cortice crassiore praeditae *P.* 1.

Grosso modo pulveratae superfunde

Aquae frigidae *P.* 4.

Sepone per 36 horas et saepe agita, tum exprimendo cola. Residuum, affusis

Aquae frigidae *P.* 3,

iterum sepone per diem unum et exprime.

Colaturae commixtae, decanthando colandoque depuratae in vase porcellaneo, inter agitandum ope bacilli vitrei calore balnei vaporis evaporentur atque in extractum siccum (Grad IV. extr. consist.) redigantur. Sit pulvis splendens, in aqua turbide solubilis. Effic. 12—15 pCt *(Ph. Germanica, Brit.)*.

Aequali modo parentur:

**Extractum Cassiae** e pulpa Cassiae.

— **Monesiae** e cortice Chrysophylli glycyphloei. *Dos.*: 1,0—4,0 per diem (in morbis pectoris et stomachi).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0309-6 DFG

**Extractum Rhamni Frangulae** *Ph. Brit.*

Extr. Frangulae *Ph. Brit.*

Rp. Corticis Rhamni Frangulae grosse pulv. 1000,0
Spiritus diluti (57 % vol.) 2500,0.

Commixta per dies duos macera, tum in vas deturbatorium immitte. Liquore spirituoso defluxo, affunde aquae destillatae q. s., ut colatura tota 5000,0 compleat. Hanc colaturam calore balnei aquae evapora usque ad spissitudinem extracti spissioris. *Ph. Brit.*

Aequali modo paretur:

**Extractum Rhei** *Ph. Brit.*

Grad. consist. III.

**Extractum Rhei alcalinum.**

Rp. Tincturae Rhei aquosae q. v.

Calore balnei vaporis ad extracti gradus secundi (II) consistentiam evaporetur.

**Extractum Rhei compositum.**

Massa pilularum Rhei comp. Extractum panchymagogum s. catholicum.

Rp. Extracti Rhei sicci *P.* 6
— Aloës *P.* 2
Resinae Jalapae *P.* 1
Saponis medicati *P.* 4.

Pulveratas intime misce. Pulverem in lagenis bene obturatis asserves. *(Ph. Germanica.) Dos.*: 0,25—1,0 (in constipatione habituali).

**Extractum Scillae.**

Rp. Bulbi Scillae grosso modo pulv. *P.* 1
Spiritus Vini rectf. *P.* 4.

Macera per dies quatuor, tum cola et exprime. E liquore decanthato et filtrato paretur extractum spissius (grad. (III.).

Sit et flavido fuscum, in aqua sublimpide solubile. *Ph. German., Austr.*

*Dosis*: 0,025—0,05—0,1. *Dos. max.* 0,2, pro die 1,0 (hydrops).

**Extractum Secalis cornuti.**

Ergotinum. Ergotina. Extractum haemostaticum.

Rp. Secalis cornuti *P.* 10.
[1] Grosso modo pulveratis affunde
Aquae destill. *P.* 30.

Macera per diem unum loco frigido, tum cola. Maceratio residui, aquae eadem quantitate affusa, repetatur. Colaturae commixtae calore balnei vaporis quam celerrime evaporando ad syrupi spissitudinem (ad *P.* 5) redactae et refrigeratae commisceantur cum

Spiritus Vini rectf. *P.* 10

et saepius conquassentur. Post dies tres liquor filtretur et calore balnei vaporis in extractum spissius redigatur.

Rp. Secalis cornuti 100,0.
[2] Grosso modo pulverata in apparatum depulsorium ingere, tum affunde
Aquae destill. 200,0.

Macera per horas duodecim, deinde liquidum ex apparatu defluxum calore balnei aquae calefaciendo coagula. Residuo in apparatu sensim affunde

Aquae destill. 350,0

et colaturam modico calore evaporando ad syrupi spissitudinem redige, tum admisce liquidum illud post macerationem collectum, quod interim ab coagulo enato filtratione liberatum est. Huic liquori mixto admisce

Spiritus Vini (90 %)

quantitatem triplam. Sepone per horas triginta sex, saepius agitando, tum sedimento deposito filtra et liquorem filtrando collectum calore modico in extractum spissum (consist. II) evaporando redige. Haemostaticum.

Solutio extracti hujus ad injectionem hypodermaticam definita semper post filtrationem dispensetur. *(Ph. Austr.)*

*Dosis*: 0,2—0,3—0,5; subcutanea 0,05—0,1—0,3; in clysmate 1,0—2,0 : 100,0 aq.; in suppositorio 0,25—0,5. In Franco-Gallia medici dosin ad 2,0 progressam saepe praecipiunt. (Haematorrhoea, metorrhagia, metritis chronica, aneurisma, diabetes insipidus, paralysis vesicae etc.).

**Extractum Secalis cornuti dialysatum.**

Rp. Extracti Secalis cornuti (ex

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0310-7 DFG

praecepto antea notata parati) *P.* 10.
Solutae in
Aquae destill. 40,0
et in apparatum dialysatorium infusae tamdiu sepone, donec actus dialyticus cesset. Liquorem diffusum calore modico evaporando in extractum spissum redige.

**Extractum Secalis cornuti fluidum.**

Extractum Ergotae liquidum *Ph. Brit.*

Rp. Secalis cornuti grosso modo pulverati 100,0.
In vas deturbatorium immissis sensim affunde mixturam paratam ex
Spiritus Vini *P.* 2 et
Aquae destill. *P.* 8,
ut pulvis permadefactus et paulum impressus liquore instratus sit. Macera per diem, tum, epistomio vasis deturbatorii aperto, menstruum sensim affunde, donec grmm. 85,0 percolata fuerint, quae reserva. Dein menstruum tamdiu sensim affunde, quamdiu liquor subfuscus vel e fusco flavus defluit. Hanc colaturam secundam commisce cum
Acidi hydrochlorici (25%) 2,4,
antea diluta addendo
Aquae destill. 3,6,
tum filtra et evaporando ad grmm. 15,0 remanentia redige, quae cum illis grmm. 85,0 colaturae primae commixta grmm. centum (100,0) extracti fluidi praebent. Serva in lagenis obturatis, a luce remotis. *Dos.* emmenagoga 0,2—0,3 ter quaterve per diem; uteri contractiones parturientis excitans 0,5—1,0 quadrante horae. *Dos. maxima:* 1,0, pro die 5,0.

**Extractum siccum** (narcoticum).

Rp. Sacchari Lactis pulv. *P.* 10.
In patinam porcellaneam planam immissis et calore balnei aquae calefactis admisce
Extracti (narcotici) *P.* 10.
Massa extensa loco calido (40 ad 50° C. therm.) siccetur, tum collecta et in pulverem contrita cum
Sacchari Lactis pulv.
ea quantitate commisceatur, ut
Partes 20
expleantur. *(Ph. Austr.)*

*Signa:* Extractum NN. Sumatur duplum. *Us.* Pulveri medic. admiscitur.
*Ph. Dan., Fenn., Germ., Suec.* praecipiunt loco Sacchari Lactis radicem Liquiritiae pulveratam, et
*Ph. Hungaric., Russ.* Dextrinam.

Eodem modo parentur:

**Extractum Aconiti** sicc.
— **Belladonnae** sicc.
— **Conii** mac. sic.
— **Digitalis** sicc.
— **Gratiolae** sicc.
— **Hyoscyami** sicc.
— **Lactucae virosae** sicc.
— **Pulsatillae** sicc.
— **Secalis cornuti** sicc.
— **Stramonii** sicc.

**Extractum Solani Lycopersici.**

Paretur e fructibus recentibus contusis Lycopersici esculenti eadem ratione, qua Extractum Arnicae.

**Extractum solutum.**

Solutio Extracti narcotici alicujus.
*(Ad recepturam.)*

Rp. Extracti alicujus *P.* 10.
Solve in
Glycerinae *P.* 10
Aquae destill. *P.* 20.
Tum admisce
Spiritus V. rectfss. *P.* 7
antea cum
Aquae destill. *P.* 3
commixtas. Serva loco frigido in lagenis vitreis obturatis.
*Signa.* Extractum NN. Sumatur quintuplum. Ante dispensationem agitandum!
*Ph. German.* Extracti 10 solve in Aquae 6, Spiritus vini 1 et Glycerinae 3. Signa: Sumatur duplum.

**Extractum Strychni (seminis).**

Extractum Nucis vomicae spirituosum. Extractum Strychni spirituosum. Extractum Strychni s. Nucum vomicarum *Ph. Helv., Norv., Austr., Dan., Brit.*

Rp. Seminis Strychni grosso modo pulv. *P.* 2

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0311-3 DFG

Spiritus Vini rectf. *P.* 4.

Digere per diem, interdum agitando, calore 40° C. non superante, dein cola cum expressione. Residuum, affusis

Spiritus Vini rectf. *P.* 3,

eodem modo tracta.

Colaturae commixtae filtrataeque calore balnei vaporis evaporentur, et tum exsiccentur. Massa contrita in lagenulis optime clausis caute servetur. Efficiuntur 6–7 pCt. (*Ph. German., Brit.*) *Dosis:* 0,01—0,03—0,04 ter quaterve per diem. *Dos. maxima:* 0,05, pro die 0,15!!

## Extractum sudoriferum Smithii.

Rp. Radicis Sarsaparill. *P.* 2
— Liquiritiae
Ligni Guajaci
— Sassafras
Florum Cinae aa *P.* 1.

Contusae et mixtae eodem modo tractentur, qui ad parandum Extractum Arnicae praeceptus est.

## Extractum Vitis Pampinorum.

Paretur e pampinis cum foliis Vitis viniferae recentibus eodem modo quo Extractum Aconiti herbae. *Dos.:* 4,0—12,0 pro die (epilepsia). Externe: contra lentigines.

## Extractum Vitis Pampinorum solutum.

Essentia Extract. Vitis Pamp.

*Weinrankenextrakt zu Waschungen gegen Sommersprossen.*

Rp. Extracti Vitis Pamp. *P.* 1
Aquae Rosae *P.* 8
Aquae Rubi Idaei *P.* 2
Spiritus V. rectfss. *P.* 1.

M. et filtra. (Contra lentigines.)

## Farina Amygdalarum.

*Mandelkleie.*

Rp. Amygdalarum amararum excort. *P.* 100.
[1]

Concisae et lenissimo calore siccatae pulverentur. Tum adde

Farinae Tritici
— Oryzae
Radicis Iridis Flor. aa *P.* 50
Natri carbonici sicci
Boracis pulv. aa *P.* 5
Mixturae odoriferae moschatae *P.* 4.

Misce, fiat pulvis.

Rp. Amygdalarum amararum excorticatarum
[2]
Radicis Iridis Florent.
Talci Veneti subt. pulv. aa *P.* 50
Saponis optimi *P.* 15
Benzoës subt. pulv.
Boracis aa *P.* 5
Mixturae odoriferae *P.* 3.

M. f. pulvis.

## Farina cacaotina.

*Kontentmehl. Poudre Content.*

Rp. Sacchari albi 500,0
Seminis Oryzae 1000,0
Massae Cacao 750,0
Cassiae cinnamom. 25,0
Caryophyllorum 10,0
Cardamomi 5,0
Balsami Peruviani 4,0.

M. Fiat pulv. subtilissimus.

## Farina cacaotino-quercina.

*Eichel-Cacao* (Michaëlis).

Rp. Massae Cacao purae *P.* 10
Pulveris Cacao ab oleo liberati *P.* 20
Glandium Quercus a testa liberatarum et modice tostarum *P.* 35
Sacchari albi siccati *P.* 30
Farinae hordei modice tostae *P.* 5
Cineris Ossium siccati *P.* 2.

Misce, ut fiat pulvis subtilissimus et perfecte siccus, qui inter parationem cum cura accessui insectorum muscarumque prohibeatur. Hic pulvis in pyxidibus e lamina stannata confectis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0312-8 DFG